Pindar
Schmidt, Ernst
De Pindari carmine nemeorum tertio.

GYMNASIUM ZU SEEHAUSEN I. D. A.

OSTERN 1891.

XXVIII.

JAHRESBERICHT

VON

PROF. DR THEODOR BINDSEIL
GYMNASIALDIREKTOR.

VORAUSGESCHICKT IST:
DE PINDARI CARMINE NEMEORUM TERTIO. SCRIPSIT DR. ERNST SCHMIDT.

SEEHAUSEN I. D. A.
DRUCK DER R. SCHRÖTERSCHEN BUCHDRUCKEREI.
1891.

1891. PROGR.-Nr. 246.

Aristoclides Aegineta Aristophanis filius pancratiastes valde singularis cum Megaris et Epidauri victor excessisset, tum victoriae in Nemeis reportatae palmam tulit. Haec est causa, cur carmine Nem. III laus eius a Pindaro praedicata sit. Neque vero statim post victoriam partam poeta composuerat carmen, immo odam olim promissam multorum serie annorum interiecta (cf. v. 79—80) ad victorem, cum vixisset ad summam aetatem (cf. v. 72—76), scripsit. Age porro carmen ipsum certiores quidem coniecturas nobis opponat. Quid? nonne carmen cantatum esse redeunte ludorum tempore — v. 2 *ἐν ἱερομηνίᾳ Νεμεάδι* — atque id in Aegina insula — v. 3 *ἵκεο Δωρίδα νᾶσον Αἴγιναν* — choro ex juvenibus facto — v. 5 *τέκτονες κώμων νεανίαι* — et v. 66 *τὸν ὕμνος ἔβαλεν ὀπὶ νέων ἐπιχώριον χάρμα κελαδέων* — sollemnibus diebus ab Aeginetarum magistratibus institutis — v. 69 *καὶ σεμνὸν ἀγλααῖσι μερίμναις Πυθίου Θεάριον* — satis superque intellegitur? Huc accedit, quod verisimile est diem festum in Theario publico Apollinis templi aedificio (schol: *τὸ δὲ Θεάριον τόπος ἐν Αἰγίνῃ δημόσιος ἔνθα τὰ συμπόσια· εἴρηται ἀπὸ τῶν θεωρῶν τῶν εἰς Ἀπόλλωνα πεμπομένων*) magnifice esse celebratum, ubi Thearorum collegium (schol: *ἔστιν ἐν Αἰγίνῃ Πυθίου Ἀπόλλωνὸς ἱερὸν, ἐν ᾧ οἱ θεωροὶ διῃτῶντο οἱ τὰ θεῖα φυλάσσοντες· θεωροὶ γάρ θεοφύλακες*) sanctum vitam transigebat suum epulandi publice munus colens, cuius collegii sodalis victor ipse videtur fuisse. Ceterum de Theario et Thearis disputavit Ottfr. Müller, Aeginet. p. 134.

Quo tempore carmen compositum sit, nihil memoriae traditum est; ex ipso carmine haud scio an efficiamus (cf. v. 2 et v. 69) odam esse scriptam florentibus etiamtum Aeginetarum commerciis, ita ut ante insulam alieno imperio subactam carmen cantaretur. Haec fere Boeckh, Dissen, Mezger senserunt; at L. Schmidt profitetur in Nem. III carmine ordinem et rerum distributionem magnopere non dissentire ab Pyth. III. Quorum utrumque carmen ita esse compositum interpres ille contendit, ut poeta a gravioribus rebus pedententim atque gradatim ad propiora accessum faceret, a divinis quodammodo rebus ad cogitationes nostro animo terminatas. Quae cum ita sint, cum in Pyth. III Pindarus animum Hieronis aegroti regis ab iis, quae assequi non queat, deducat ad humanas res eumque admonefaciat, ut in sua quidem fortuna acquiescat, hic poetam id studere, ut Aristoclidae Aeginetae a consiliis mobilibus vagisque revocato probet optime quemque naturae atque indoli res maxime consentaneas appetere. Deinceps L. Schmidt in hoc rerum discrimine coniectura assequi sibi videtur Pindarum hanc odam scripsisse occupatum in mittenda illa ad Hieronem solatii causa epistola, unde appareat, qui factum sit, ut similitudo cohaerentiae sententiarum inter se connexarum facile occurreret. Utrumque, inquit, carmen Olymp. 76. 2 cantatum esse

oportet. Ac tamen L. Schmidt quamvis invitus concedit certiores causas, cur Aristoclides victor tali ratione monendus fuerit, nobis esse obscuras; cogitari vero posse illum contra consuetudinem indolemque civium Aeginetarum certamina equestria suscepisse infausta fortuna aut nimium tempus operamque consumpsisse in pancratio aut victoriam Olympicam reportare studuisse, cum vires ad tale munus obeundum non sufficerent. Sed haec; ratio loquendi per se ipsa indicat, quid momenti tali opinioni tribuendum sit, quamvis hoc loco non premamus argumento lectionem interpretationemque v. 18 *ἄκος . . . ἔν γε βαθυπέδῳ Νεμέᾳ τὸ καλλίνικον*, quali non exigua contineatur ab illo interprete allata causa, a nobis longe remotum iri. Atque etiam L. Schmidt negat opinionem esse vanam, qua arbitrentur excercitationes simplicioris certaminis quam pancratium in familia victoris hereditate esse acceptas; quod si ita est, ait L. Schmidt, cum Aristoclides suscepturus illud certamen aliquid indignum hac hereditate atque indole ipsius naturae patret, nescio an id spectet poeta, ut illum ad aptum munus reducat. Cum autem L. Schmidt ipse intellexerit tali opinioni contrarie esse oppositam vehementem vituperationem, qua v. 41—43 quid non insitum doctrina artis plena homo arripiat, reprehendatur, manifestum esse lepide affirmat Aristoclidam turbido animi motu sollicitatum non satis cognita naturae indole perspectaque commisisse, ut omni spe excellentius aliquid adipiscendi deiiceretur. Quae omnes opiniones, ne dicamus coniecturas, necessario carent informatione argumentis munita; etenim neque similitudinem cum Pyth. III magnam inveni neque animum induxi, ut arbitrarer Aristoclidam ad dies sollemnes ludorum agendos petiisse vel potius accepisse a poeta carmen consolationis sive admonitionis. Neque vero habeamus, quod illud studium pancratii artis victori a poeta obici opprobrioque verti multis verbis refutemus, propterea quod nihil levius, nihil magis inane, nihil ineptius; namque reportaverat Aristoclides utpote pancratiastes victoriam, cuius laudi ab omnibus invideretur aequalibus. Haec hactenus; libenter concedamus magis nos probare rationem ab Dissen propositam; Dissen, quam non a vero abhorreat, facilius cognoscamus, cum argumentum carminis nobiscum consideraverimus. Edamus igitur argumentum: Post proemium, quod in Musae imploratione versatur, ut in Aeginam insulam quam celerrime profecta carmen doceat diu a choreutis exspectatum, poeta transit ad laudem Aristoclidae dicendam, quippe qui non indignus Myrmidonum praestantia laboriosarum plagarum remedium salubre reportatam in profunda Nemea victoriae laudem habeat. Quid? nonne tali ornamento consecutus esse ultimas columnas videtur, quos Hercules terminos clarae navigationis posuerit? Deinde oratione ab iis rebus narrandis revocata Pindarus dicit multo magis domesticam Aeacidarum laudem esse praeferendam, unde praestantiam rerum magnam omnis poeta sibi sumere possit. Itaque orsus a Pelei et Telamonis laudibus duo uniuscuiusque facta instar omnium affert: Peleus Iolco expugnata Thetin vicit varias formas induentem, Telamo Troia eversa particeps fuit expeditionis ab Hercule contra Amazones susceptae. Deinde defluit oratio ad Achillem. Qui Chironis disciplina multiplici eruditus, postquam puer sex annorum apros et leones occidit, adolescens factus ad Troiam, cum Lyciorum, Dardanorum, Phrygum impetus audacissimo animo sustineret, Memnona prostravit qua re singulariter gesta Aeacidarum gloria in regiones orbis terrarum longe remotas propagata est. Pertractatis his fabulis poeta redit ad Aristoclidam, qui probata luculente virtute eximie patriam ipse quoque insulam illustravit. Apparet vero ex rebus gestis, qualis

quis floreat puer inter pueros, vir inter viros, senex inter senes; at vita hominum caduca quatuor virtutes profert, quarum princeps acquiescere sua quemque fortuna nec quidquam ultra quaerere jubet. Macte, inquit, poeta, virtute victor tua: etenim, quamvis sero quidem me scripsisse carmen profitear, exquisitum ad te mitto mel cum lacte mixtum. Et dignus es praeclarissima laude, si modo tres sunt victoriae, quas tibi Clio dederit.

Quod Dissen robur gymnicum per totam vitam insigniter vigens significari credit, cum fontem explicationis non sine merito eo loco, ubi de aetatibus humanae vitae dicitur, inveniat, talis opinio per se ipsa improbatur. Videamus nunc: »Excellens exstiterat Aristoclides per tres aetates, juvenilem, virilem, provectiorem; reportaverat in unaquaque victoriam ludicram, Nemeaeam, Epidauriam, Megarensem. Achilles puer feras occidit, vir factus (sic!) ad Troiam pugnavit; provectior denique aetas in Peleo et Telamone (sic!) conspicitur: Aristoclides per tres aetates clarissimus rebus gestis gloriae habet satis, et ad columnas Herculis pervenit, ultra quas procedere non licet.« Sic fere Dissen; fontem explicationis rectius invenit, invento perverse utitur. Quid multis? Contineri acquiescendo in eo, quod dies afferat, propriam senilis aetatis virtutem, haec opinio suo quidem loco falsa perspicietur, qua sententia rejecta vix quidquam reliquum sit ab Dissen propositum, cui multum tribuamus. Similiter Ludwig (Pindars Siegesgesänge. Stuttgart 1856.) quatuor aetates earumque proprias quatuor virtutes proponit, cum praecipue commemoret Pindarum imagine Chironis sapientissimi Centauri adumbrata suam ipsius expressisse imaginem. Tum denique Mommsen auctore (Tycho Mommsen, Des Pindaros Wercke in die Versmafse des Originals übersetzt. Leipzig 1846.) carmine Nem. III laus Aeginae insulae ipsius dicitur, quam ob rem in gloria Aeacidarum domestica efferenda poeta versetur.

Diximus aliorum interpretum sententias; alienum nunc quidem non erit nostram afferre opinionem, quam ad Mezgeri opinonem valde sese accommodare infitiari nolimus. Ac primum quidem ordinem atque distributionem carminis non ambigue significari post prooemium v. 26 satis longum praecisum poetam aggredi ad Aeacidorum laudem dicendam, quis non intellegat? Qua laude leniter perstricta poeta v. 31 mediam carminis partem, qua mythus de Peleo, Telamone, Achille repetitus narratur, inchoat. Tum v. 65 poeta redit ab narratione fabulis involuta ad praesens tempus. Ergo exordium (v. 1—25) et epilogus (v. 68—84) — quae voces angustius valeant nolim — versantur in laude victoris dicenda; illic poeta Musam implorat, ut Aristoclidam, ἄγαλμα χώρας, praedicet victorem eximium ex Myrmidonibus prognatum, quippe qui fortiter perseverando in certamine pancratii gravissimo summam praestantiae laudem consecutus cum Hercule heroe divino comparari possit, hic docet pluribus verbis victorem esse parem Aeacidarum, quippe quorum insulam patriam splendida laude cumulaverit, ita ut in omni humanae aetatis gradu ille virtute in omni genere spectata sit. Versus igitur 32—64 proponunt mythum; pars, qua poeta transit ad mythum, v. 26—32 declarat Aeacidas ex virtutum praestantia jure ac merito pro sua vindicare posse laudem carminibus dicendam, quod idem de victore (ἐπιχώριον χάρμα) quodammodo v. 60—67 iteratur.

In summum totius carminis consilium inquirentes animis concipiamus duas mythicas partes, alteram de Peleo et Telamone, alteram de Achille repetitam inter se conjungi sententia interposita: »Congenita quisque virtute multum valet, ita ut excellentifsimum quidque

perficiat; qui tamen nihil habet, nisi quod didicit, is homo futili sententia praeditus alias alia agitans nunquam firmo incedit pede, sexcentas autem virtutes degustat mente nihil perficiente.« Quod ut verum comprobet, poeta mythum de Achille tractantem etiamnunc proponit. Nimirum Achilles puer rebus tam eximie gestis, ut deae bellicosissimae eum admiratione non exigua complecterentur, ab infante insita usus est virtute. Opponuntur igitur inter se innata virtus et virtus disciplina erudita: opponuntur *τέλος ἐν πείρᾳ* et *νοῦς ἀτελής*. Hoc *τέλος ἐν πείρα* sane quidem non magis in Aeacidis quam in Aristoclida invenitur, praesertim cum non sit aetas, qua ille excellens non exstiterit. Achillis pueri par victor fuit puerorum, Telamonis, cujus *ἀκμὰν φρενῶν* exstinguere non potuerit *ὁ φόβος ἀνδροδάμας* (v. 39), vir, aeque ac Peleus nunc cum maxime in provectiorum numerum relatus fruitur fortunis partis: utinam aeque ac Peleus ita se praestet, ut quidquid opportunitas (*ὁ καιρός*) postulet, suavitate fructus grata usus intellegat. Itaque apparet Aristoclidam esse filium Aeacidarum sincerum, quorum gloria, quemadmodum continetur pugnis ad Troiam commissis, unde longe lateque eluceat (v. 64 *ἄραρε φέγγος*), ita splendet victoris gloria a Nemea, Epidauro, Megara (v. 84 *δέδορκε φάος*). Quae omnia efficiunt a victore regionem (*ἀγοράν*), unde carmen repetitum sit, celeberrimam, ubi prisci Myrmidones habitaverint, dedecore non contaminari. Verum quis tandem effectrix est talis felicitatis? Clio est effectrix atque servatrix praestantiae Aristoclidae praebitae (cf. v. 15 et 83), nam ea fautrice fidelissima victoriam Nemeaeam reportavit. Ab imploratione Clius exordium capit poeta, ad gratulationem Clius carmen reducit. Nunc accipe, quare illam comparationem, de qua interpretes tam saepe disputaverunt, poeta exhibuerit: comparatur atque confertur carmen cum potione e lacte et melle mixta, quandoquidem dona, quae Graeci vocant *νηφάλια,* libationes vino carentes ex lacte et melle mixtae, Musis oblata sunt.

Haec habuimus, quae hoc loco diceremus; pauca de metro carminis addamus, aeque ac Christ, Metrik der Griechen und Römer § 642, non sperantes nos multum momenti afferre posse ad metricam Pindari rem probabiliter enucleandam. Satis habemus hanc quaestionem revocare ad Boeckh, De metris Pindari libri III et Christ, Metrik der Griechen und Römer p. 640—42: die logaoedischen Strophen der chorischen Lyrik. Libentissimis animis profitemur non nihil eruditionis invenisse nos apud Christ, Die metrische Ueberlieferung der Pindarischen Oden, München 1868, Abhandlungen der Academie der Wissenschaften. Neque fieri potest, ut silentio praetereamus Rossbach u. Westphal, Metrik der Griechen und Römer, ubi Pars III § 51 Logaoedische Strophen des Simonideischen und Pindarischen Stils, saepe probabiliora quaedam invenimus. Atque Pindarus ipse metrum logaoedicum proponi declarat, cum dicat v. 79 *Πόμ' ἀοίδιμον Αἰολῇσιν ἐν πνοαῖσιν.* Meminerimus in tali metro Pindarum cum versus, quos vocant metrici Glyconeos et Pherecrateos, praeferat, tum non invitum sibi concedere arsis dissolutionem sive in jambo sive in trochaeo; adde quod basin ante omnes bisyllabos pedes reperimus. Deinde nolimus oblivisci strophas conformari ex versibus compositis ex pluribus membris, ita ut arsis excipiatur arsi. Cum autem anacrusin saepe significantem initium versuum, syllabam ancipitem sive hiatum invenerimus exitum, praesertim cum rationem epodi habeamus, anteponomamus Boeckhii ordinem et distributionem versuum Christii rationi.

Transeamus nunc ad interpretationem ipsam. Orationem autem nostram sic insti-

tuamus, ut primum paucis disseramus de lectione codicum et librorum, deinde Graeca in linguam vernaculam transferamus, tum difficultates carminis, in quibus haeserunt interpretes, explicemus easque enucleare studeamus.

v. 1—26: Ac primum omittentes v. 1 unum ex codicum *μᾶτερ Μοῖσα* usurpasse pro *Μοῖσα μᾶτερ*, varietates lectionum v. 7 explanate dicendas esse non possumus non putare. — v. 7. Antea hic legebatur *ἀεθλονικίας;* quem tamen genetivum, cum parum eleganter *πράγος* repeteret, Schmid (Erasmus Schmid, *Πινδάρου περίοδος*, 1616.) sustulit: atque eo auctore omnes fere libelli a recentioribus hominibus editi exhibuerunt *ἀθλονικία* nominativum, neque vero vix sit causa, cur *ἀθλονικία* scribamus, propterea quod per synizesin quamvis in Pindari sermone raram *ἀεθλ.* legere nobis licet. — v. 10. Saepissime in eo versu explicando doctissimi viri versati sunt inscii, quid *οὐρανῶ* sive *οὐρανῷ* traditum sibi velit: *οὐρανῶ* genetivum non Pindaricum pro *τοῦ οὐρανοῦ* scriptum esse *Αἰολικῶς* scholiastes dicit. Quodsi auctore eodem scholiasta Aristarchus hic monuit a Mimnermo et Alcmane Musam Caeli filiam esse praedicatam, addidit Ammonius Caelum appellari dominum, quod ante *Κρόνον* dominatum esset, apparet hos sagacissimos grammaticos legisse dativum. Ac tamen eorum talis usurpatio inanis est; Pindarus omnino scripserat ΟΡΑΝΟ, sed per errorem, cum pro prisca literarum nota recentior substitui coepta esset, Pindari scriptura in *οὐρανῷ* transformata est. Facile autem liquet unum ex Alexandrinis vel potius ex Byzantinis hoc *οὐρανῶ* pro dativum habentem iota nescio quo casu addere potuisse. Quae cum ita sint, vituperandum esse non videtur, quod nostri sumpserunt genetivum *οὐρανοῦ*. Nos igitur legemus: *οὐρανοῦ πολυνεφέλα κρέοντι θύγατερ*, quae verba una comprehensione complecti eo magis nobis lubeat, quo illustrius explicatio rationem, quam ob rem hoc praetulerimus, afferat. — v. 12. Boeckh probavit *κοινάσομαι* Dorico sermoni aptius velut *κοινᾶν* pro *κοινωνός* quam *κοινώσομαι;* contra Bergk ex scholiorum explanatione *κοινῶς ᾄσομαι* conjecit *κοιν᾽ ᾄσομαι*. Sed quamcunque sequeris opinionem, vix fiat totius sententiae commutatio — Pro *ἕξει* Rauchenstein, Philologus XIII p. 250 perverse *ἕξεις* proposuit; qui vir cohaerentiam sententiarum, quamquam multum ad ipsum locum enucleandum: Commentationes Pindaricae I p. 22. valuit, recte non sensit. — v. 14. Considerantibus nobiscum summum versus 69 consilium facile est ad intellegendum cum scholiis et libris manu scriptis legendam esse vocem *ἀγορὰν;* metri causa de Pauw, Notae Pind. Trai. 1747, non Rauchenstein, quod Christio videtur, *ἀλκὰν* protulit; cum vero duae morae pro longa syllaba in versus et exordio et fine positae a Pindari ratione aut consilio non abhorreant, neque *ἀγορὰν* tollamus neque vocem *ἕδραν* a Kayser, Lect. Pind. 1840, exprompt am anteponamus. — v. 15. *τεὰν κατ᾽ αἶσαν*. Cur ediderit Christ *ἐὰν*, quod de Pauw revocavit, nos effugit, cum praesertim scholia perspicue disserant: *διὰ τὸ σόν, φησι, μέρος ὦ Μοῖσα.* Atque Heyne, quibus rebus commotus de Pauw hanc lectionem obtulerit, addit sic arbitratus: »quantum quidem ad eum spectet, pro sua parte«, quas argutias esse vanas suo interpretatio loco docebit. — v. 18. Vulgo *ἐν βαθυπεδίῳ* pro *ἔν γε βαθυπέδῳ*. Vulgaris lectio non improbatur, quandoquidem non est, quod Nemea per se ipsa pressa majore laude cumuletur, quamvis Dissenio concedamus particula *γέ* excludi ceteras viri victorias. Adde, quod *ἔν γε βαθυπέδῳ* tres minores codices praebent, quod voces *πέδον* et *πεδίον* sine ulla discrepantia faciles sunt ad duplicanda verba. — v. 21. Retineamus vulgare *πρόσω*, si modo ultima vocis *οὐκέτι* syllaba

per positionem producitur. Hermann, Comm. de metris Pind. Pyth. II et Nem. III scripsit ex scholiorum explicatione περαιτέρω, quae conjectura, ut difficultates tollit, ita in Pindari carminibus non invenitur. Pindarus enim aut πρόσω dixit aut πόρσω, ut Ol. III, 44 τὸ πόρσω δ' ἐστι σοφοῖς ἄβατον κἀσόφοις. — v. 23. κλυτᾶς auctore Mommsen scribendum est. — Finis versus postulat duas moras, ita ut aut per diaeresin πελάγεϊ exhibendum sit aut legendum πελάγεσιν, quem numerum pluralem, proinde quasi a poetis et scriptoribus saepe proponeretur, Hermann praetulit. — v. 24. Antiquissima lectio certe quidem erat: *ΥΠΕΡΟΧΟΣ*; scribemus igitur eodem modo, quo οὐρανοῦ probavimus, ὑπερόχους, quoniam a Pindari sermone ὑπερόχως alienum est. — ἰδίᾳ τ' ἐρεύνασε cum Mommsen legimus auctoritatem optimorum codicum secuti; idem profert scholiastes cum dicat: κατὰ τὸν φιλόπονον αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, licet lectionem διά τ' ἐρεύνασε jam tum notam commemoret. Boeckh διά τ' ἐξερεύνασε tenendum esse putat, praesertim cum illud ἰδίᾳ κ. τ. λ. commodo careat sensu; quod quam verius dictum non sit, suo patefiet loco. Item inanis illius viri altera causa est dicentis ἰδίᾳ ob metrum ferri non posse nobis ὑπερόχως ab ipso probatum de medio tollentibus. Bergk mira quadam sagacitate usus sumpsit: ὑπερόχους ἰδίαν, ἐρεύνασέ τε τεναγέων, Hermann: διά τ' αὖτ ἐρεύνασε.

v. 1—26. Hehre Muse, unsere Mutter, zu dir bete ich, wandle hin am heiligen Nemeenfestag nach der dorischen Insel Aegina, die von vielen Fremden besucht wird. Denn am Wasser des Asopusstromes erwartet dich ein Chor von Jünglingen, Schöpfer süfstönender Festlieder, die deines Gesanges begehren. Verschiedenes sehnt sich nach Verschiedenem; jedoch der Sieg im Wettkampfe liebt am meisten den Gesang, der sich am passendsten zu Kränzen und Auszeichnungen gesellt. Davon reichliche Fülle spende aus meinem Geiste, und beginne, Tochter dessen, der über den starkumwölkten Himmel herrscht, ein echtes Lied, ich aber werde es hinreichen den Gesängen jener Jünglinge und der Leier. Dieses mein Loblied wird als liebliche Arbeit haben den Schmuck des Landes, wo die uralten Myrmidonen gewohnt haben, deren altberühmtem Marktplatze Aristoklides keine Schande gemacht hat, durch deine Fügung durchgebläut im Allkampfsgange. Als wirksames Heilmittel gegen die ermattenden Schläge hat er in Nemeas tiefer Ebene den Siegesruhm erlangt. Wenn aber auch des Aristophanes Sohn, schön an Gestalt und ausgezeichnet durch Thaten, die dieser Schönheit entsprechen, den höchsten Gipfel der Tugenden erreicht hat, so bedenke er doch, dafs es unmöglich ist, das unwegsame Meer über die Säulen des Hercules hinaus zu befahren, die der Gottheld hingesetzt hat als die Zeugen der äufsersten Fahrt, der ruhmvollen. Denn nachdem er die Ungeheuer, die im Meere sich tummeln, bezwungen, allein die Strömungen der Untiefen durchforscht hatte, machte er da, wo er hinabstieg (sc. vom Schiffe) zu dem Rückkehr gewährenden Ziele (sc. seiner Fahrt), das Land kenntlich.

v. 1—24: v. 1. μᾶτερ ἁμετέρα, mater poetarum. Recte igitur scholiastes dixit Musam a Pindaro esse matrem vocatam, quoniam ab illa animi poetarum divino quodam spiritu afflarentur. Nihil aliud hym. Hom. 24, 2 docet: Ἐκ γάρ τοι Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν. Ad talem veterum hominum de ea re opinionem lustrandam commemoramus illud Quinctiliani Inst. Or. X. 1, 48: nam (sc. Homerus)

benevolum auditorem invocatione deorum, quos praesidere vatibus creditur, et intentum proposita rerum magnitudine et docilem summa celeriter comprensa facit.

v. 2. *τὰν πολυξέναν*: hanc formam adjectivi femininam trivit Pindarus, non alii poetae. Aptissime vox revocatur ad Aeginam insulam commerciis valde deditam; cf. Ol. VIII, 25, Nem IV, 12, Nem. V, 8. — *ἐν ἱερομηνίᾳ Νεμεάδι*: die ludorum Nemeorum festo, h. e. redeuntibus nunc Nemeis. Hoc carmen diu post victoriam partam cantatum esse supra demonstravimus. Atque Agesidamo simili ratione Ol. XI misit multo post, cum Agesidamus aetate iam provectior esset, redeuntibus victoriae diebus sollemnibus, Hieroni Pyth. III anno Ol. 76. tertio, cum rex victorias hoc carmine celebratas. Ol. 73. 3 et 74. 3 reportasset. Deinde Nem. IX, 52 comprobat primas a Chromio pluribus annis ante carmen datum latas esse; adde Nem. X tum quidem redeuntibus Hecatombaeis, in quibus Theaeus Argivus luctator bis vicerat, domesticis propositum, cum harum coronarum memoriam sollemnibus epiniciis recoleret. — *ἱερομηνίᾳ*: ex scholiis apparet a Graecis omnem mensis diem appellatum esse festum; *ἱερομηνίαι δὲ λέγονται αἱ ἐν τῷ μηνὶ ἱεραὶ ἡμέραι οἱαιδήποτε θεοῖς ἀνειμέναι.*

v. 3. *ὕδατι γὰρ μένοντ᾽ ἐπ᾽ Ἀσωπίῳ κ. τ. λ.*: aquam enim ad Asopiam exspectant juvenes choreutae tuam vocem requirentes.

v. 4. *Ἀσωπίῳ*: Auctoritate Didymi locupletissimi grammatici usus scholiastes annotat Asopum prope Aeginam fluentem rivulum esse dictum. Patet autem talem huius viri auctoritatem valere ad sententiam declarandam, ita ut de fluvio ad Phliunta Sicyonio cogitandum non sit. Cujus fluminis nomen in Aeginam translatum esse Müller, Aeginet. p. 10 mire contendit. Porro quamquam Asopus in Boeotia erat fluvius, unde Thebani suum fluvium dixerunt Aeginetici parentem, Thebam nympham Aeginamque sorores, vix credamus, quod Dissen opinatur, Pindarum hoc loco Thebarum et Aeginae premere voluisse cognationem. — *τέκτονες* significantur choreutae atque etiam poetae ipsi; cf. Pyth. III, 113.

v. 5. *κώμων*: Dissen: *κῶμοι* sunt *ἀοιδοὶ ἐπικώμιοι*, quorum cantores choreutae nunc dicuntur. Heyne *κώμων* pluralem pro singulari *κώμου* numerum propositum esse disserit. — *σέθεν ὄπα μαιόμενοι*: choreutae desiderant vocem Musae, ut illam canendo imitentur. Ut haec quoque verba ob carmen sero missum dici opiner, in animum inducere non queo.

v. 6. *διψῇ*: desiderat; quod perspicitur Artemid. Oneirocrit. I, 68: *τὸ μὲν γὰρ διψῆν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἐπιθυμεῖν*, quod idem monet scholiastes: *διψῇ δὲ καὶ ἐπιθυμεῖ ἄλλο μὲν ἄλλου πράγματος;* similiter dictum est Isthm. I, 47 et Ol. XI, 1.

v. 7. *ἀεθλονικία δὲ μάλιστα κ. τ. λ.*: »Ut alia alia desiderant, sic certamen maxime amat hymnum.« Ut enim Pindarus libentissimo animo munus poetae suum imaginibus cogitationis quibusdam exornare solet, sic necessitatem victoriae praedicandae hoc loco communi adumbrat. Similem attendamus translationem Pyth. IX, 103: »Me vero quaedam, dum canendi sitim restinguere studeo, etiam antiqua fama tuorum majorum poscit debitum, ut eam iterum excitem.«

v. 9. *τᾶς ἀφθονίας ὄπαζε μήτιος ἁμᾶς ἄπο*: scholiastes recte interpretatur: *ταύτης οὖν τῆς ᾠδῆς, ὦ Μοῖσα, ἀφθονίαν δίδου ἀπὸ τῆς ἐμῆς διανοίας;* ergo: perfice, Musa, ut amplum carmen componam. Ceteroquin conferas velim Hor. Od. III. 4, 1.

v. 10. *οὐρανοῦ τοῦ πολυνεφέλα κρέοντι θύγατερ*: Voci illi Heynii dicentis in his versibus veteres mire trepidasse circa verborum juncturam, addendum est recentiores idem fecisse. Omnes de ea re opiniones afferre hoc loco alienum est, verum sententiae Boeckhii prementis *θύγατερ* voce potius puellam significari, Dissen recte opponit hanc significationem esse nullam, filiam esse Musam. Quod si ita est, idem Dissen inepte disputat cani hymnum Iovi Nemeorum patrono, cujus beneficio victoria reportata sit. Quid? nonne quaerimus, unde pendeat illud *θύγατερ?* Idcirco restat unum, ut referamus *θύγατερ* ad *κρέοντι* vocem. Et dicit Pindarus *θυγάτηρ οἱ* Ol. IX, 15. — *ἄρχε δόκιμον ὕμνον*, Mezger: ein echtes Lied; *ἄρχειν* hic cum accusativo conjunctum invenimus, cuius structurae exempla a Dissen in magna Boeckhii editione allata, si quidem illa verba composita sunt, nihil dicunt; sed proponitur simplex Ol. VIII, 107 *ἄρχω σοι ὁδόν*, germanice: ich führe dich einen Weg, Soph. Elect. 552 *ἄρξασά τε λυπηρόν*.

v. 11. *ἐγὼ δὲ κείνων τέ νιν ὀάροις λύρᾳ τε κοινάσομαι*: »ego vero eum (sc. hymnum) cum choreutarum cantibus et lyra communicabo«. Illud *κείνων* sese revocat ad juvenes v. 5 nominatos. Poeta igitur profitetur discere sese a Musa, quod tamen didicerit, id traditum cantoribus et musicis se praecipere canendum. Dicendi autem rationem *ὀάροις λύρᾳ τε κοινάσομαι* referas ad Isthm. I, 16.

v. 12. *ὄαροι* sunt cantus veluti Pyth. I, 97. — *τέ νιν ὀάροις λύρᾳ τε* scriptum est pro *ὀάροις τε λύρᾳ τε*. Eadem particularum collocatio invenitur Ol. XIII, 97, ubi *τέ* post *Ὀλιγαιθίδαισιν* positum pertinet ad *Ἰσθμοῖ*. Quamvis Boeckh et Dissen eos acerbe exagitent, qui lectione Horatii decepti similiumque poetarum evolutione elocutiones quales *ὀάροις λύρᾳ τε* exprimantur, pro inanibus ornamentis habeant, tamen conjectura, qua prooemium ad tibiam solam esse cantatum, accessisse lyras tum demum post prooemium finitum verisimile est, per se probabilis ad irritum vocatur eo, quod *λύρᾳ* comprehendatur cum *ὀάροις* in unam juncturam.

v. 12. *ἕξει*: Leop. Schmidt: es wird zur Zierde des Landes eine liebliche Mühe haben, rectius Mezger: es wird als liebliche Arbeit haben den Schmuck des Landes. Significantur enim victor, maiores, Aeacidae celebrandi, aeque ac Pyth. IX, 4 Telesicrates *στεφάνωμα Κυράνας* dicitur. Verum, ut totus obscurior locus in omni genere illustretur, longius repetamus. Ac primum quidem vox *χώρας ἄγαλμα* ad Aristocliden, quasi vero ad eum omnia comprehensionis verba spectent, directa oratione ut pertineat, fieri non potest, quod ille insequentibus versibus primum appellatur. Simili causa Aegina, quam urbem Heyne scholiorum judicio fretus opinatur, removenda est, quia ea vox multo antea nominatur v. 3. Tantum deinde abest, ut chorus, id quod Boeckh voluit, loco subiecti habeatur, quippe qui pulchrum et elegans munus hoc carmine canendo obiturus sit, ut in hac quidem usurpatione inprimis chori per verba *ἄγαλμα* expositio facta in reprehensionem incidat. Denique displicet interpretatio Dissenii dicentis se vertere cum Hermann: »dulcem acceptumque habebit hunc laborum tuum Juppiter.« Etenim, licet ille contradicat eum, qui pondus et ordinem verborum neglexerit, facillimum quidque non intellegere, talis profecto usurpatio laborat e tautologia perspicua. Quid enim? num nobis rationem poetarum considerantibus quidquam interest inter verba: Juppiter habebit carmen gratum et gratum habebit hoc carmen Juppiter? Sed haec; princeps rectam probavit opinionem, etiamsi usus sit falsa interpretatione, Mathiae in

Sebodii Horreo (Archiv für Philologie V. II. fasc. IV. p. 681.): recte χώρας ἄγαλμα, ait, est hymnus, perversa autem explicatio haec est: dulcem vero laborem habebit hymnus h. e. παρέξει. Immo vero, non praebebit, παρέξει, sed tenebit vel potius continebit, καθέξει, loco suavis laboris decus regionis. Quid pluribus verbis persequamur? Poeta, priusquam in intimum transeat carmen, summam insequentis partis, quae in Myrmidonum et Aeacidarum laude dicenda versetur, sententiam nobis proponere velle quis est, quin intellegat?

v. 13. Μυρμιδόνες: Myrmidones erant prisci Aeginae incolae, quos auctore Hesiodo Juppiter, ut Aeaco gentem compararet, ex formicis (μύρμηκες) procreavit; cf. Hesiod. fr. 67 (Göltling). Tum denique v. 14 carmen ad Aristoclidam procedit.

v. 14. ὧν παλαίφατον ἀγορὰν κ. τ. λ.: »quorum antiquitus celeberrimum conventum non dedecoravit Aristoclides tuo beneficio malaxatus (μαλαχθείς) in pancratii progressu.« Pro ἀλκάν, uti supra docuimus, repetendum est ἀγοράν, propterea quod summa hujus sententiae, etsi forma orationis diversa est, v. 68—69 iteratur. Et conjecit Müller, Aegin. p. 146 Thearium tunc Apollinis templum in media urbe ad ἀγορὰν Aeginae urbis situm fuisse. Tum non modo de conventu ludicro eorum, apud quos certamina habebantur, sed etiam de loco consecrato nobis cogitandum est. Dixit igitur poeta, quales heroes in Myrmidonum conventu claro certassent, talem in Nemeis probatum esse Aristocliden, h. e. Aristocliden gymnicam priscorum Myrmidonum virtutem praebuisse spectatam. Saepius a Pindaro scribitur non dedecorasse cognatos, qui simili atque illi virtute usus est. Commemorare velim Pyth. 16, VIII, 35—37, Isthm. III, 14, Isthm. VII, 55, Ol. VIII.

v. 15. τεὰν κατ᾽ αἶσαν: tuo, o Musa, beneficio; nam antecedentibus versibus Musam solam poeta allocutus est, eandem Clio deam, quae v. 83 εὔθρονος ἐθέλοισα commemoratur; cf. Διὸς αἴσᾳ velut Ol. IX, 42. Atque nobis inquirentibus, quo sensu poeta victoriam tribuerit in pancratio reportatam Musae, illud εὐθρόνου Κλεοῦς ἐθελοίσας affert aptissimam interpretationem. Clio est Musa Aristoclidae fautrix nomen habentis a κλέος unde etiam ipsa; Clio fuit, quae canens τὰ κλέα ἀνδρῶν Aristoclidae destinaret praeclarum κλέος daretque et superiores victorias et Nemeaeam servaretque earum memoriam recentem, ut eam tunc quoque poeta canere posset.

v. 17. μαλαχθείς: germanice: weichgeklopft, durchgebläut, quod vocat Gellius 16. 7, 7 malaxatus. — ἐν παγκρατίου στόλῳ: in pancratii progressu, im Allkampfsgange; similiter nostra dicimus lingua: Waffengang, ein Gang Schläger. Quod Dissen existimavit στόλῳ eximie designari adversarios ἀνταγωνιστάς, qui stetissent adversus Aristoclidam, quemadmodum Pyth. XI. 49—50, ita ut στόλος esset pugna cum pancratiasticis adversariis commissa, στόλος significare aptissime potest exercitum, non pugnam. Neque satis mirari queo a nullo interprete, nisi a Mezger obiter esse adumbratam opinionem scholiastae declarantis τοῦ παγκρατίου ὁρμῇ τοῦτο γὰρ λέγει στόλῳ. Dicit vero vox ὁρμή repetita a verbo ὄρνυμι non modo initium omnis vehementis motus (jede heftige Bewegung), verum etiam mediam aut insequentem totam motus partem. — καματωδέων δὲ πλαγᾶν κ. τ. λ. verte: sed laboriosarum plagarum remedium salubre reportatae in profunda Nemeae valle victoriae laudem habet; πλαγαὶ sunt plagae in pancratio acceptae.

v. 18. ἄκος: ut ἄκος hoc loco, sic φάρμακον ἀρετῆς exhibetur Pyth. VI, 187. — βαθυπεδίῳ: Nemea sita erat ad montes Phliasios, ubi declives ad orientem vergunt; cf.

Nem. VI, 50. — *φέρει*: id est, laudes victoriae habet consecutus (sc. eas), ut Isthm. VI, 21, Ol. XIII, 36, Pyth. VIII, 82. Pro *ἔχειν* dictum est *φέρειν* Nem. VII, 39. — Attendamus, quali et subtilitate et elegantia aditum poeta ad Aristoclidam ipsum celebrandum sibi patefecerit.

v. 19. *εἰ δ' ἐὼν καλὸς ἔρδων κ. τ. λ.*: Si autem formosus patransque facta forma digna ad summas virtutis laudes Aristoclides accessit, columnas Herculis tetigit, ultra quas ut procedat, fieri non potest. — *εἰ* pro *ἐπεί* modestius ponitur in magna laude eodem modo, quo Isthm. IV, 22. — *ἔρδων ἐοικότα μορφᾷ*: quae dicendi ratio congruit cum Ol. VIII, 19.

v. 20. *ἀνορέαις ὑπερτάταις ἐπέβα*: eadem dictione Pindarus *μεγαλανορίαις ἐμβαίνειν* usus est Nem. IX, 20, simili dictione *ἄκρον ἀρετᾶς ἐλθεῖν*, *ἱκέσθαι* Nem. VI, 24, vel Isthm. III, 50. Sensus totius loci hic fere est: »Si iam cum corporis et pulchritudine et virtute eventum prosperum conjunxit Aristoclides, summum assecutus est finem.« Saepius autem a poetis Herculis columnas memoratas cognoscimus externos fines eius, quod pro virium humani generis nostrarum portione consequi possumus; omittamus alia exempla, dicamus solum Ol. III, 43—44. Adde, quod extremos navigationis terminos attingere non dicuntur, nisi qui in perfecta versantur felicitate; cf. Pyth. X, 28—30, Nem. IV, 69, Isthm. III, 30—31.

v. 22. *ἥρως θεὸς*: est heros qui simul deus. Scholiastae dictum: *λέγεται ὅτι τῆς Ἑλλάδος προελθούσης τῷ Ἀπόλλωνι καὶ ἐρωτώσης, ὅπως δεῖ τιμᾶν τὸν Ἡρακλέα μετὰ τὴν ἀποθέωσιν, εἶπεν ὁ θεὸς νῦν μὲν ἥρωα, τῇ δὲ ἐπιούσῃ ὡς θεόν,* omnino ultro probatur, sed ad Pindari rationem dicendi momentum attulisse vix videtur.

v. 22. *κλυτᾶς* auctore Mommsen anteposuimus, si quidem cum Pindari ars et consilium tum cohaerentia sententiarum relationem cum *ναυτιλίας* voce sibi sumunt. Quid? quod causas insequentes versus proponunt, cur fuerit navigatio incluta. Quare apparet, qui factum sit, ut scholiastes *μάρτυρας ἐμφανιζούσας τῆς κλυτῆς ναυτιλίας ἐσχάτας* disputaret. Atque affertur una causa: *δάμασε δὲ θῆρας ἐν πελάγεϊ ὑπερόχους*, namque in eo ambitu particula *δὲ* sumpta est pro *γὰρ*, id quod saepissime apud Pindarum invenimus. — *ἰδίᾳ τ' ἐρεύνασε*: Solus vadorum flumina perscrutatus est; haec est altera causa, cur clara navigatio ducatur. Hoc *ἰδίᾳ*, quamvis non inscite scholiastes opinetur Pindarum exprimere voluisse Herculem illud fecisse non iussum ab Eurystheo, praestantius cum Leutsch (ad ditamenta ad Lud. Disseni in Pindari carmina commentarium Nem. III. Göttinger Universitätsprogramm 1864.) *ἀπ' ἄλλων*, »sine comite ullo« concipiamus. — *τεναγέων*: *τενάγη* significantur ab scholiasta *δίυγροι* (durchnässt) *καὶ πυραποτάμιοι ὀφρύες* (= Hügelrand, Sandwüste) *ἤτοι παρατεταμένη τις καὶ ὑπερέχουσα γῆ οὖσα*, vel potius a Suida laudante Polyb. I, 25 *ἰλὺς* (limus = Morast) *ἐπιπολάζοντος* (lat. invalesco — emporkommen) *ὕδατος οὐ πολλοῦ* Scholiastes adumbrat ostia fluminum et portus ora tempestate ventorum et aestibus fluctuantibus arenis obruta, Suidas vada prope littora sita. Certe quidem pericula oculis obversantur, qualia nautae auxilio virorum carentes, qui naves per tuta fluminum mariumque loca expediunt (Lotsen), effugere non possunt. Iam meritum Herculis in eo positum est, quod cum navigationi, postquam pericula ex beluis imminentia de medio sustulit, altum mare patefaceret, tum perscrutatus aquas inter vada navigabiles effecit, ut nautae tuto naves ad terram appellerent. Sic fere Mezger; et comprobatur talis opinio Isthm. III, 73—75.

v. 25. *ὅπα πόμπιμον κατέβαινε νόστου τέλος*, h. e. perscrutatus est aquas eo loco, quo descendit a navi. Ut enim *ἀναβαίνειν* idem, quod tendere in altum, sic est *καταβαίνειν* ex alto descendere et pervenire ad portum vel alium navigationis terminum. — *πόμπιμον νόστου τέλος*: termini navigationis, quippe qui adducant reditum, sunt columnae, quibus excitatis Herculi fato in patriam redire propositum erat. — *πόμπιμον*: huic formae significatio, ut ita dicam, activa tribuenda est, quam ob rem referatur ad *νόστον*, aeque atque Eur. Med. 848 *χώρα πόμπιμος φίλων* legitur. — *τέλος* est idem loci accusativus, quem Pyth. IV, 55 reperimus.

v. 26. accedit tertia causa, cur navigatio illo cognomine digna fuerit: *γᾶν φράδασσε*, terram illustravit (machte kenntlich); cf. schol. *ἐποίησε δήλην, ἕως τίνος ἐστὶ πορευτὴ καὶ ἕως τίνος ἡ θάλασσα πλωτή, ἐπιστήσας τὰς στήλας αὐτός*: ergo quisquis ulterius provectus erit, non sperabit sese esse rediturum in patriam terram; neque enim *φραδάζειν* multum discrepat ab voce *γνωρίζειν* aut *φραδή* ab *γνῶσις*; cf. Ol. XII, 9, *τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φραδαὶ* h. e. sed futurarum rerum obcaecatur cognito. Verbis *καὶ γᾶν φράδασε* redit poeta ad columnas ab Hercule erectas. Verius Dissen addit ob virtutem Aristoclidae et studium Aeginetarum ad nauticas res revocatum poetam paullo diutius in his rebus enarrandis occupatum esse. In errorem autem incidit ille interpres, cum hoc loco dicit Herculis mentionem alienam non esse a carminibus ad Aeginetas scriptis; ex Isthm. I satis superque intellegitur Pindarum libentissimo animo Herculem in memoriam eorum virorum reducere, qui per totam vitam rebus duris conflictantur, quales Theron Ol. III et Chromius Nem. I describuntur. Cum porro meminerimus Aristoclidam, cum juvenis felicitatem insulae patriae praecipuam vidisset, per totam vitam molestias et labores subiisse, facere non possumus, quin eam causam, cur Herculis memoria renovetur, putemus. Et habuit poeta victori summum honorem, cum comparat diuturnam eius vitam et laborum participem et prosperitatis plenam cum praeclarissima Herculis navigatione. His igitur ipsis verbis poeta praedicat atque celebrat eum felicissimum hominum, quippe qui assecutus sit, quo nihil praestabilius hominibus aut majus cogitari potest.

v. 26—42. v. 29. *ἐσλός*: cum nominativus *ἐσλός* singularis, ex quo infinitivus *αἰνεῖν* pendet, recte sentiatur, anteponendum non est *ἐσλόν* uno codice demonstratum. — v. 30. *ἔλαβες*: cum unus e scholiastis disserat *πρόσφορον οἰκεῖον ἔπαινον ἔλαχες καὶ ἔχεις*, videtur legisse *ἔλαχες*. — v. 34. *ὃς καὶ Ϝιωλκὸν* sumit Christ non necessarium pro *ὃς καὶ Ἰωλκὸν*, nam *καὶ* in arsi positum sic producitur, ut majore cum vi pronunciandum sit. — 34. pro *μόνος ἄνευ στρατιᾶς*, quae verba codices tradunt, grammatici rectam interpretationem, quam nos in tempore edemus, non invenientes varias probaverunt lectiones, *μόνος ἄγε στρατιᾷ*, *μόνος ἄγων στρατιὰν*, *μόνος ἀνὰ στρατιὰν* —. v. 38. *ἀλκὰν* codices exhibent v. 38 et 39, cujus alterum v. 39 magnopere displiceat, cum hoc vocabulum modo praecesserit; Heyne pro *μετ' ἀλκὰν* v. 38 scripsit submissius *μετ' αἰχμὰν*, rectius Boeckh auctore Beck (Pindari carmina et fragmenta Graece cum Scholiis) resumpsit v. 38 *ἀλκμὰν* traditum minoribus libris manu scriptis. — *ψεφεννός*, *ψεφερός*, *ψεφεινός* laudant grammatici; *ψεφεννός* aeolica forma maxime reperitur.

Wohin mein Gemüt, zu welcher fremden Meereshöhe (Vorgebirge) lenkst du meine Fahrt? Dem Aekaos und seinem Geschlecht heifse ich dich meinen Gesang weihen; es geht

aber Hand in Hand mit meinem Verlangen der höchste Anspruch auf Lobpreis. Nicht ist es recht, dafs der Mann Verlangen hege nach fremden Lob, hole deinen Stoff von der Heimat. Geeigneten Schmuck für den Gesang eines süfsen Liedes hast du empfahen. Es freut sich aber der Vorzüge seines Alters der Herrscher Peleus, der sich übergrofs seinen Speer ausschneidend Iolcos bezwang, er allein, ohne Kampfesgenossen, und Thetis die Meeresgöttin heftig fafste. Den Laomedon aber streckte zu Boden der weitmächtige Telamon, dem Iolaos als Kampfesgenosse an die Seite tretend; und er folgte ihm einst gegen die Macht der mit ehernen Bogen gerüsteten Amazonen, und niemals vermochte die männerzähmende Furcht seines Gemütes Thatkraft zu brechen. Durch angeborenen Adel bekommt man grofses Gewicht; wer nur Angelerntes besitzt, geht, ein ruhmloser Mann, bald von diesem bald von jenem die Brust geschwellt, mit unsicherem Schritte einher und nimmt nur weniges von unzähligen Weisen der Auszeichnung zu sich mit einem Sinn, der nichts zur Vollendung bringt.

v. 26 — 32. Paucis poeta demonstrat verbis Aeacidas dignos esse, qui carminum ornamentis dicantur. v. 26. *θυμέ*: repente subsistens poeta se rettulit ad propositum transitumque parat ad Aeacidas. — *ἀλλοδαπὰν ἄκραν*: extremum Europae promunturium in freto Gaditano, ubi nunc versatur poeta (Dissen).

v. 27. *παραμείβεαι*: Vulgaris notio praetereundi hoc loco transfertur in specialem transducendi ad loca longe remota; aequo modo *παρὰ* praepositio componitur cum verbis dicendi et precandi; cf. Ol. VII, 66, Pyth. IX, 43, Pyth. I, 87, ubi *παραιθύσσεσθαι* ponitur de iis, quae, si utaris lingua, obiter et inter alia dicta tibi imprudenti excidant; contra *παραιτεῖσθαι* cognoscitur ex Nem. X, 30. Quodsi poeta aberrationem, quae v. 26 fabula repetita ab Hercule et narrata conficitur, aeque ac Pyth. XI, 39—40, adumbrat errorem quodammodo maritimum, haec est non fere singularis contemplatio; contra multo magis nobis premendum est poetam inducere animum loco sui hominis ipsius agentem, cum dicat: anime, ait, ad quod alienum promunturium regis iter meum? Ac tamen similitudo illa Ol. III, 25 ad eam dictionis formam spectat.

v. 28. Aeacum potius te jubeo et Aeacidas canere. — *Μοῖσαν φέρειν*: cf. Ol. IX, 41. Dicturus de Aeacidis Pindarus nominat Aeacum honoris causa heroem Aeacidarum gentilicium, auctorem gentis. Neque vero quidquam aliud de Aeaco viro bellica laude non abundantissimo legitur in hoc carmine, quando hic, cum victoria pancratii ludicra caneretur, bellica commemorari par erat.

v. 29. *ἕπεται λόγῳ δίκας ἄωτος, ἐσλὸς αἰνεῖν*: Heyne legens *ἕπεται δὲ λόγῳ δίκας ἄωτος· ἐσλὸς αἰνεῖν*, cum et *δὲ* pro *γὰρ* usurpatum esse velit et explicet *ἄωτος* parenthesi *πάρεστι τῷ λόγῳ τὸ δίκαιον*, sic interpretatur: »dictum istud carmen viriditatem habet, quod est *ἐσλὸς αἰνεῖν* sive *δεῖν αἰνεῖν τοὺς ἐσλούς*.« Iungit igitur *ἐσλὸς αἰνεῖν*, ratione habita scholiastae disserentis *τὸ ἐσλὸς ἀντὶ τοῦ ἐσλοὺς*, cum voce *λόγῳ*. Quod cum Boeckhio durissimum visum sit, Dissen verbo *λόγος* addit explicationem: »hoc verbum meum, quod Aeacidas laudandos dico, simul est justissimum. Praeclaros enim laudare viros esse justitiae summum, summam laudem, *δίκας ἄωτον*.« Haec Dissen; cujus opinionem viri ut cognoscamus et perspiciamus, lubet locos ab illo ad comparationem significatos memorare; Pyth. IX, 95, Nem. IX, 67, Isthm. I, 41—44, Isthm. III, 7—8. Hi sint loci, qui a Dissen

laudantur, vertente: »Adest autem verbo meo justitiae summum decus bonorum in praedicatione positum.« Neque tamen, quamvis sententiam vere graecam L. Schmidt dixerit bonos viros laudare, quamvis tantum tribuerit Dissen summae laudis justitiae, ex praestantia sententiae sola effici potest Pindarum necessario eam exprimere debuisse. Quae cum ita sint, ne Boeck quidem probatur: »Habet autem hoc dictum secum justitiae laudem summam bonorum virorum praedicationem.« Immo vero cum interpunctionem post ἄωτος positam sustulerimus, interpretabimur Germanice: es geht Hand in Hand mit meinem Verlangen der höchste Rechtsanspruch auf des Lobes Preis. Etenim cum Hercules, a quo poeta nunc orationem deflexit, idem fuerit ἐσλὸς, cum plerisque interpretibus respicientibus illam priscae formae scripturam ἐσλὸς pro accusativo pluralis numeri vix sumamus, ἐσλὸς nominativus est singularis, a quo infinitivus αἰνεῖν pendet: »adiuncta autem verbo meo iustitia egregia ad laudandum est, i. e. summa iure Aeacum nunc laudo« (Leutsch).

v. 30. φέρειν: infinitivus est, ut ita dicam, pleonasmo exhibitus, qui pendet ex voce κρέσσονες; quales infinitivi saepissime inveniuntur non modo apud Pindarum sed etiam apud alios Graecorum poetas; cf. Ol. VII, 26, Ol. XIII, 13, 45, Nem IV, 34, Nem. V, 18, Nem. X, 20, Nem. X, 72, Isthm. II, 37. — οὐδ' ἀλλοτρίων ἔρωτες ἀνδρὶ φέρειν κρέσσονες. Ordo verborum sic constituendus est: οὐ κρέσσονες (εἰσιν) ἀνδρὶ ἔρωτες ἀλλοτρίων (ὥστε) φέρειν, pro verborum sollemnitate: οὐ κρεῖσσόν (οὐ καλόν) ἐστιν ἀνδρὶ φέρειν (h. e. ἔχειν) ἔρωτας (ἔρωτα) τῶν ἀλλοτρίων (sc. πλέον ἢ τῶν οἴκοθεν ex seqq.), h. e. poetam non decet vel poetae non licet praeferre laudes heroum peregrinorum domesticis, quin etiam praestat tenere, quae sunt patria.

v. 31. οἴκοθεν μάτευε: domestica pete. — ποτίφορον κόσμον germanice: geeigneten Stoff zum Lobpreis. Reducamus hoc loco in memoriam, quae v. 13 disputavimus. — γλυκὺ γαρυέμεν: h. e. unde dulce carmen conficiatur.

Sequuntur Pelei et Telamonis laudes, quos heroes alterum in aetate παλαιτέρων, alterum ἐν ἀνδράσιν versantes animis comprehendamus et concipiamus; ac primum praestanstia Pelei celebratur.

v. 32. παλαιαῖς ἐν ἀρεταῖς γέγαθε: er freute sich der Vorzüge seines Alters, h. e. virtute praeditus gaudet, ut Mezger, postquam Berhardy, Griech. Gramm. probavit γέγαθε ἐν ἀρεταῖς, recte protulit. Contra Dissen dicit γέγαθε ταμών velut ταμὼν ἐχάρη, h. e. laetatus est se abscidisse. Atqui nobis γέγαθε ex utraque dicendi ratione videtur pendere, ita ut ἐν ἀρεταῖς et ταμὼν pari cum momento ad illud γέγαθε pertineant.

v. 33. ταμών, ὡς καὶ Ἰωλκὸν εἷλε καὶ κατέμαρψε Θέτιν: describuntur, quae et quales sint laudes, quibus gaudium herois contineatur. Laetatus est senex fructu eorum, quae bona manu fortis in aetate virili versatus heros sibi comparavit. — γέγαθε vim habere perfecti temporis ut δέδορκε Nem. IX, 41 credibile non est. — Mira sane anxietate Boeckh metuit, ne auctore scholiasta vertamus: »in prioribus rebus laetatus est Peleus, h. e. in traditionibus de priscorum hominum virtutibus conspicuus est Peleus praegrandi hasta.« Neque vero vix unquam quisquam sit, qui hoc sibi probet, etiamsi non desint, qui cum Tiersch edant: »wohl freute sich des Ruhmes des alten Peleus Gewalt.« — ὑπέραλλον αἰχμὰν ταμών: in monte Pelio. Namque admodum nobilis erat apud Graecos antiquioris aetatis homines illa hasta e fraxino excisa. Quis tandem obliviscatur Homerum cecinisse Il. 16,

140 sqq. fraxinum esse heroi a Chirone oblatam in nuptiarum sollemnitate. Utique Pindarus monente scholiasta diversam sequitur fabulam, cum hastam a Peleo ipso excisam esse narret; deinde pergit v. 34 ὃς καὶ Ἰωλκὸν εἷλε: Iolcum sub Pelio ad sinum Pagasaeum sitam expugnavit, ut Acastum ulcisceretur, utpote qui Hippolyta exornante ipsum de medio tollere studuisset. Etenim ea femina Hippolyta vel Astydamia nomine appellata Acasti regis uxor Peleum ad illicitos amores invitaverat. Quid? quod cum Peleus nefarium stuprum recusavisset, calumniata eum Acasto conjugi persuaserat, ut illi insidias collocaret, quae omnia Nem. V, 25 sqq. accuratius narrantur. Acastus Peleo ensem furatus abditum absconditerat, ut heros inquirens in eum in monte Pelio ab Centauris inimicissimis excitatis occideretur. Tum Peleus beneficio deorum servatus atque salvus, cum hastam sibi fraxineam sumpsisset, urbem vi captam Thessalis tradidit.

v. 34. μόνος ἄνευ στρατιᾶς: Pherecydes memoriae tradiderat Peleum socios habuisse in ea expeditione Iasonem et Dioscuros. Tali fabula improbata Pindarus opponit a Peleo Iolcum esse captam non habente παραστάτην, cum Telamon παραστάτης esset Iolao; μόνος ἄνευ στρατιᾶς, quod si ita est, cumulate dictum est, quae congeries et sententiarum et verborum saepissime invenitur; cf. Il. XXII, 39, Odys. IV, 367, Odys. XXI, 364, Soph. Aia. 471.

Proximum est, ut altera a Peleo singulariter res gesta narretur.

v. 35. κατέμαρψεν ἐγκονητί: erfaſste sie heftig, vehementer deprendit deam. — Atque etiam Peleus expeditione illa in Iolcum feliciter confecta Thetin victam atque superatam sibi conciliavit. Enim vero Thetis Peleo destinata fato uxor cum varias induisset formas, ut nuptias constitutas disturbaret, dum Peleus a Chirone monitus manu eam teneret, tradidit illi sese in matrimonium ducendam; cf. schol.: διωκομένη γὰρ ὑπ' αὐτοῦ μετέβαλλε τὰς μορφὰς ὁτὲ μὲν εἰς πῦρ ὁτὲ εἰς θηρία· ὁ δὲ καρτερήσας περιγέγονε. De nuptiis Pelei et Thetidis celebratis Pindarus etiam Pyth. III, Nem. V, Isthm. VII alio modo, cum consilium aliud esset propositum, verba fecit, hoc loco de robore Pelei dicturus hanc laudem solam aliis virtutibus neglectis perstrinxit.

Accedunt Telamonis laudes, in quibus dicendis aeque atque antea duas ponit res ab heroe gestas.

v. 35—36. Λαομέδοντα δ' εὐρυσθενὴς Τελαμὼν Ἰόλᾳ παραστάτας ἐὼν ἔπερσεν: Quemadmodum Peleus Iolcum cepit et vicit Thetin feminam quamvis deam, sic Telamon (εὐρυσθενής) Laomedonta evertit — tua pace utar hoc verbo (εἷλε — ἔπερσε) — et vicit Amazonas quamvis bellicosas. At, ut ne mireris rationem narrationis, alias Pindarus quoque Herculem cum Telamone adversus Laomedonta profectum Troiam cepisse narravit; cf. Nem. IV, 25 et Isthm. V, 27. Redeamus ad propositum. Quod Laomendontem trucidavit Hercules, quod Telamon, priusquam Iovis filius illud patraret, muros ascendit, verbo πέρθειν significationem tribuamus exitium afferendi, perniciem interitumque faciendi. Ceterum πέρθειν, ἐκπέρθειν, πορθεῖν hominem, homines, non abhorrere a Pindari dictione cognoscitur ex Pyth. IX, 84 et Nem. IV, 26.

v. 37. Ἰόλᾳ παραστάτας: in expeditione Herculis in Troiam parata; παραστάται, qui adstant comites, sunt socii belli participes duces. Iolaus commemoratur, quod Pindarus ut cognationem Thebarum et Aeginae mythicam memorare amat, sic etiam amicitiam

Thebanorum et Aeginetarum heroum (Dissen). Immo Iolaus Herculis socius et auriga Pindaro Thebano certe quidem in numerum heroum non infimorum referendus erat, quippe qui inter heroes domesticos (*ἐπιχωρίους*) a Thebanis praecipuo ludorum honore afficeretur. Iolao enim Thebis consecrato etiam Iolaa agebantur; cf. Ol. IV, 98. Haec Iolaa vel potius Herculea ante Proeticam portam ad Amphitruonis tumulum — Nem. IV, 20 — in Iolai gymnasio celebrabantur. Certaminis autem propositum praemium erat aeneus tripus. Ut ad Herculem redeat, a poeta laudari Iolaum, quam opinionem nonnulli protulerunt, consentaneum non est.

v. 37. *καί ποτε χαλκότοξον Ἀμαζόνων*: Additur expeditio contra Amazonas suscepta, cujus particeps erat Telamon. Qui auctore vetere poeta, quem scholiastes laudat, Melanippen sororem reginae occidisse dicitur. cf. schol. *Τελαμὼν ἀκόρητος ἀϋτῆς Ἡμετέροις ἑτάροισι φόως πρώτιστος ἔθηκεν Κτείνας ἀνδρολέτειραν ἀμώμητον Μελανίππην, Αὐτοκασιγνήτην χρυσοζώνοιο ἀνάσσης.* — *χαλκότοξον ἀλκὰν*: aequa translatione Aeschylus Pers. 58 *λῆμα τοξοῦλκον* dicit. Loquuntur Amazones apud Herodotum IV. 114: *ἡμεῖς μὲν τοξεύομέν τε καὶ ἀκοντίζομεν* κ. τ. λ.

v. 39. *ἕπετο οἱ*: sc. Iolao. Atqui scholiastae cogitationes *χρόνῳ δέ τινι καὶ ἐπὶ τὰς πολεμικὰς Ἀμαζόνας τῷ Ἡρακλεῖ συνηκολούθησε* κ. τ λ. Herculem complecti videntur. Neque negari potest ea opinione ambigua tolli, tametsi Herculis supra v. 21—25 obiter mentionem esse factam opponere licet. — *ἀκμὰν φρενῶν*: vigorem animi. — *ἀνδροδάμας φόβος* recte explanat scholiastes: *τουτέστιν ὁ τοὺς ἄνδρας δαμάζων φόβος.* — Haec quidem de Telamone narrantur, tum Pindarus, priusquam ad alteram fabularum partem transeat, sententia generali interposita dilucide docet, ut etiam alias demonstrare solitus est, quem ad finem mythi partes tendant.

v. 40. *συγγενεῖ εὐδοξίᾳ*: *εὐδοξίᾳ* pro *ἀρετῇ* ponitur velut virtus pro *δόξα*; cf. Pyth. I, 92 et Isthm. III, 29. — *μέγα βρίθει*: multum valet, bekommt grofses Gewicht; cf. Soph. Ai., 130.

v. 41. *ψεφεννὸς ἀνὴρ*: virtute genuina carens. Neque Heyne interpretatus: »virtute non illustratus« inscite hoc opponit *εὐδοξίᾳ*; quo modo *ψεφεννὸς* opponatur vocibus *φέγγος* v. 64 et *φάος* v. 84, quod Mezger eloqui non dubitat, vix singuli in singulis rebus hoc intellegant. Hoc ipso loco patet, quantum a vera interpretatione saepe ille grammaticus nostrae aetatis aberraverit oratione ad longinquiora atque remotiora relata, ita ut propiora non cognoscat.

v. 41. *ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει*: qui non tenet, nisi quae didicit. — *ἄλλο τ' ἄλλο πνέων.* Mezger: bald von diesem, bald von jenem begeistert, eodemque fere modo L. Schmidt: einmal von diesem, einmal von jenem die Brust geschwellt, alio tempore alio spirans. — *ἀτρεκεῖ*: pes *ἀτρεκής*, cui credi potest, h. e. certus, firmus.

v. 42. *καταβαίνειν*: Kayser, Lect. Pind. p. 76 annotavit in ea voce esse cogitandum de certamine, quod in saliendo versatur (Springkampf); verius Heyne compositum pro simplici *βαίνειν* dictum esse intellegit; itaque incedere, schreiten, einherschreiten. — *ἀτελεῖ νόῳ*: mens, quae non valeat ad quidquam perficiendum. — Perspicuum est sententias contrarias, alteram positam in viro, qui *συγγενεῖ εὐδοξίᾳ* valet, alteram in viro, qui dicitur *ψεφεννός*, graviter et ample inter se opponi. Illa generatim loquitur, quae laudis

praestantia in Pelei et Telamonis rebus insit, haec additur, ut oppositio in omni genere illustrata enucleetur; cf. infra v. 82, Ol. II, 95 sqq., Nem. IV, 37 sqq.

Deinceps poeta ad Achillem venit. Ut Peleum et Telamona ea laude exornavit, ut robur et fortitudo eorum elucerent, ita in Achille easdem virtutes conspicuas nobis proponit. Quodsi Aristoclides pancratiastes iis virtutibus, quibus Aeacidae praeter ceteros florebant, victoriam sibi comparavit, quin poeta sibi proposuerit, ut Aristoclidam res Myrmidonum praestantia gessisse dignas explanaret, dubitari non potest. Quid tandem aptius ad pancratii victoriam ludicram referri potest quam robusta Achillis juventus, qua praeditus ille corpora beluarum interemptarum secum portat? Videamus nunc, quo habili modo poeta proposito munere functus sit.

v. 43—64. v. 45. *ἴσα τ᾽ ἀνέμοις* lectio est vulgaris. Bergk praefert *ἴσον*, Heyne *ἴσος* edidit, nominativum ex scholiis ad v. 88 positis ducens; quod epitheton *ἴσος*, quamvis Achilli non male conveniat, in hoc pugnae genere epicae magis quam lyricae arti accommodatum videtur. — v. 46. *μάχᾳ* Triclinius scripsit pro veterum codicum lectione *ἐν μάχῃ*, quippe quae peccaret in metrum; Rauchenstein ex verbis scholiastae *καὶ ταῦτα δὲ μεγάλα καὶ συνεχῶς κατειργάζετο ἐξείαις βόλαισι μάχας* protulit *μάχας*, cum depravaret, non emendaret *μάχας λεόντεσσι τ᾽ ἀγρ. ἔπρασσε πικρὰς* — 47. *σώματα ἀσθμαίνων*: codices veteres inter se conspirantes *σώματα ἀσθμαίνοντα* tradiderunt. Haec aliquamdiu sublata proinde ac si inepte dicerentur, rursus Dissen revocavit: moribunda corpora, cum *ἆσθμα* etiam morientium esset. Placet igitur Dissenio opinio, qua corpora beluarum semiviva esse apportata a puero feruntur. Quod omnino semel fieri potuit, sed difficile est auditu Achillem semper maxima celeritate accurrentem corpora beluarum nondum mortuarum Chironi posuisse. Iam ante Boeckh repetiit, non conjecit, ut Dissen putat, quod Schmid probavit. Neque enim magnopere dissentit ab Hermann, qui *ἀσθμαίνοντα σώματα* ferarum non intellegit, quandoquidem Achilles non persequendo, ut nostra aetate regia principum crudelitas, feras enecuerit, sed jaculo atque id *σώματι ἀσθμαίνοντι*. Cum vero certum atque apertum sit in oppositis sententiis statim principium tale esse debere, quali niti possit oppositio, hoc *σώματι* in principio coli positum inane sine vi dicitur. Itaque Christianum illud *σώματα ἀσθμαίνων* sumamus, quam veram lectionem scholia quoque produnt afferentia: *ὁ Ἀχιλλεὺς ἄσθματος πλήρης, ἑξέτης ὢν κυνηγῶν θῆρας ἐφόρει παρὰ Κρονίδην Κένταυρον.* — *ὅλον τ᾽* cum Dissen legemus; nam continuatio ejusdem rei proponitur, ac non oppositio. 52. vulgarem lectionem *προτέρων*, quod mutemus cum nonnullis libris manu scriptis, non habemus. — 53. Post *ἔχω* minorem interpunctionem pro majore non reiiciamus, cum praesertim insequentes versus hoc *τοῦτο προτέρων* magis explanate dicant. — 56. *ἀγλαόκαρπον* Christ posuit; libri manu scripti offerunt *ἀγλαόκαρπον, καρνον, κρανον, κολπον.* Boeckh, qui primum *ἀγλαόκρανον* in metrum peccans scripserat »fontibus insignem«, retinet nunc *ἀγλαόκαρπον* a Welker defensum. Nos: *ἀγλαόκαρνον* metathesi oriundum ex *ἀγλαόκρανον.* — 54. *λιθίνῳ τ᾽ Ἰάσων* codices; Schmid delevit hoc *τ᾽*, ut Christ conjecit *τ᾽* esse corruptum ex *F*; ergo *FIΛΣON.* — 58. *φέρτατον ἀτίταλλεν ἀρμένοισι* legebatur ante Schmid, qui ut metro succurreret, reduxit *ἐν ἀρμένοισι*, quod *ἐν* docent scholia: *ἔτρεφεν ἐν τοῖς ἁρμοδίοις·* adde quod unus ex codicibus habet: *ἀτίταλλέν γε.* — v. 62. *Αἰθιόπεσσι χεῖρας;* observabimus interpunctionem post *χεῖρας* factam. — *ἐγχεϊφόροις* et *ἐγχεσιφόροις* reicit metrum,

item ἐγχεσιμόροις; ἐγχειφόροις una cum ἐγχεϊφόροις tollit Pindari ratio; reliquum est unum ἐγχεσφόροις.

v. 43—64. Der blonde Achill, sowohl so lange er in den Behausungen der Philyra weilte, ein Knabe noch, verrichtete er im Spiel grofse Thaten, schwingend in den Händen den Wurfspeer den kurzeisernen, und wie im Sturmwind brachte er im Kampfe den wilden Löwen Tod und Verderben und erlegte die Eber, deren Körper er dann keuchend unter ihrer Last zu dem Kronossohne brachte, dem Centauren, sowohl im Alter von sechs Jahren als auch in der ganzen folgenden Zeit. Ihn bewunderten Artemis und die hochherzige Athene, wie er ohne Hunde und trügerische Fangnetze die Hirsche tötete; denn gewaltig war er im Lauf. Auch folgende andere Erzählung weifs ich noch aus alter Zeit. Der weise Chiron erzog einst in dieser Felsengrotte den Iason und darauf den Asklepios, lehrte den letzteren den eine zarte Hand verlangenden Brauch der Heilkräuter, zweitens vermählte er die quellenreiche Tochter des Nereus, deren gewaltigen Spröfsling er ja auch aufzog, in edler Sitte dessen ganzen Sinn erhebend, dafs er hingesandt vom Wogenandrang der Winde nach Troja der Lykier, Phryger und Dardaner speerklingendes Kriegstoben kühn bestände, und dafs er den Kampf aufnehmend mit den lanzentragenden Aethiopen es sich fest ins Herz einpräge, nie solle ihnen der Herrscher, des Helenus mutiger Vetter, zurück in die Heimat entfliehen. Eng verbunden damit ist der fernhin strahlende Glanz der Aeakiden.

v. 43—64. Primum igitur poeta, cum non invitus ad Achillis virtutem laudandam defluxerit, explicat res ab eo admodum puero gestas, deinde describit rationem educationis, tum denique exponit fortitudinem exemplo a Memnonis caede repetito. —

v. 43. Structura insequentis comprehensionis haec fere est: ξανθὸς Ἀχιλλεὺς τὰ μὲν μένων Φιλύρας ἐν δόμοις παῖς ἐὼν ἄθυρε μεγάλα ἔργα κ. τ. λ. ὅλον τ' ἔπειτα χρόνον· ita ut τὰ μὲν et ἔπειτα, a qua opinione Heyne magnopere dissentit, inter se non respondeant. Id agit poeta, ut eodem momento ponat, et quae in puero et quae in adulescentulo conspicua fuerint. Idcirco prior ambitus pars exorta a verbis ἔπειτα ἂν χρόνον κ. τ. λ. absolvitur demum voce ἔπειτα ἂν χρόνον, itaque huic omnium sententiarum cohaerentiae oppositi sunt v. 59 sqq., ubi facinus Achillis magnum ad Troiam factum agitur. Tum vero, cum multa interiecta totam orationis formam mutarent, a poeta facile τὰ δὲ oblitterari debuit. — **Φιλύρας**: Philyra est mater Chironis, pater **Κρόνος**, qua de causa ille v. 47 **Κρονίδας** dicitur; cf. Pyth. III, 1, Pyth. IV, 103.

v. 44. ἄθυρε μεγάλα ἔργα: ludebat magna facinora, qualia accuratius insequentibus verbis exprimuntur.

v. 45. βραχυσίδηρον: epitheton jaculo a parvo puero vibrato facile conveniens.

v. 46. ἀσθμαίνων: schol. ἄσθματος πλήρης, h. e. keuchend, anhelitum movens ex pondere ferarum captarum, quas secum portabat. — τὸ πρῶτον: hoc vocabulum adeo τὰ μὲν supra positum non excipit, ut continuetur voce ἔπειτα. Namque poeta, cum sperare nobis videamur propositum atque narratum iri Dianam et Minervam puerum admiratione complexas esse, quod has quidem res cum praeclare gessisset, tum cervos sine canibus et retibus cepisset, oratione usus apta et bene vincta nomine premit ea, quae praecipue deas moverunt. In hac autem parte pueritiam Achillis tractante maxime cognoscitur indoles

Pindaricae artis, qui ludos herois pueri audacissimos, qui et quales sint, ita describat, ut oculis nostris obversari videantur.

v. 51. ἕρκεα sunt λινά, περιφράγματα, retia; δόλια, h. e. dolosa, ne captiosa dicamus, significantur, ὅτι θηρῶντες τοὺς θῆρας τὰ λινὰ λάθρα ἱστᾶσιν. (schol.)

v. 52. λεγόμενον τοῦτο προτέρων: traditum hoc habeo ab antiquis. Quae verba vulgo revocata non recte ad antecedentia spectant ad sequentia, cum dicat poeta: »non modo illud narravi, verum etiam hoc a veteribus hominibus traditum scio ab eodem Chirone Iasonem et Aesculapium educatos esse«. — προτέρων: genetivus per se ipse indicat, unde res omnis semper ducatur. — Age porro contemplemur sententiarum cohaerentiam; cum antea Achillem puerum apud Chironem habitantem viderimus, Pindarus jam, quo perfectior educationis hujus disciplina nobis probetur, subicit Achillem esse in ejusdem Chironis disciplina, qui Iasonem et Aesculapium heroes eximios singularesque erudiverit.

v. 54. λιθίνῳ τέγει: »in der Felsengrotte«; cf. Pyth. IX, 30. — ἔνδον τέγει: similem juncturam invenias Nem. VII, 44. De Iasone ab Chirone educato cf. Pyth. IV, 102 sqq. et de Aesculapio cf. Pyth. III, 5 sqq.

v. 55. φαρμάκων μαλακόχειρα νόμον: herbarum usum levi manu administrandum. Nam χεὶρ μαλακὰ est manus, quae lenimen dolorum aegroto homini affert; cf. Pyth. IV, 271. Adde μαλακὰς ἐπαοιδὰς ex Pyth. III, 52. Atque Aesculapio in Aegina insula prope Apollinis templum erat fanum, quod a Pausania II. 30, 1 commemoratum Müller, Aegnin. p. 147 designat. Eidem Aesculapio Epidauri agebantur ludi quinto quoque anno brevi tempore post Isthmia celebrata, in quibus sollemnibus Aristoclides, quod ex v. 86 Ἐπιδαυρόθεν perspicitur, coronam tulerat ludicram.

v. 56. νύμφευσε δ' αὖτις: Chironis partes alio tempore in Thetidis cum Peleo nuptiis conciliandis; etenim cum Peleo, ut caperet Thetin, persuasisset, in suo nuptiarum particeps erat antro celebratarum, cf. Isthm. VII, 39. — ἀγλαόκαρνον: fontibus insignis appellatur Thetis. Epitheton Thetidi additum nullo modo ad progeniem a dea genitam revocari potest, propterea quod filii mentio statim per complures deinceps versus fit, etiamsi ob unum Achillem filium Thetis nomine deae subole abundantissimae digna sit. Quod si ita est, voces ἀγλαόκουρος et ἀγλαόκαρπος, ut hoc ad prolem referas, ultro removendae sunt. Cognomine autem Thetidis ἀγλαοκάρπου poetam uti quasi parentis fluminum et fontium, quis putet contemplatus eam significationem longius esse repetitam a voce καρπός h. e. a fructu, ne dicam, fetu? Neque tamen placet vocabulum ἀγλαόκαρπος, quo deam frugibus insignem vel frugibus alentem h. e. frugiferam animis comprehendamus, alias lectum non de Thetide. Quid enim? etiamsi concedamus Neptunum apud Argivos (cf. Paus. II, 32, 2.), cum plantae ex aqua nutrimenta caperent, φυτάλμιον h. e. φυτάλιμον esse dictum, num cogimur, ut eandem tribuamus conditionem Thetidi considerantes πόντον a poetis et epicis et lyricis antiquae aetatis nominari ἀτρύγετον, die unfruchtbare Salzflut? Contra Heyne proposuit deam ἀγλαόκαρπον h. e. ἀγλαὰν τὰς χεῖρας, deam pulchris brachiis ornatam, sicut λευκώλενος atque etiam καλλίσφυρος et feminae et deae dicuntur. Ac ne tale quidem appositum Thetidi a poetis praebetur: attributa et rerum et personarum orationis ornamenti solius causa posita a Pindari sermone abhorrent. Postremum est, ut voce ἀγλαόκαρνον utamur, cujus et significatio et forma apte declarantur, si modo ex Nereidibus una jure ac

merito fontibus insignis dea appellatur, si modo *καρνον* metathesi ex *κρανον* exortum pro *κρηνον* sumitur.

v. 57. *ἐν ἀρμένοισι πάντα θυμὸν αὔξων* ad verbum interpretamur: in edler Sitte den ganzen Sinn erhebend (sc. über das Gemeine), quam sententiam auctoritas Dissenii transferentis »idoneis et convenientibus rebus omnem animum alens sive penitus impertiens«, etsi ea opinione magnopere non dissentit a nostra, adumbrat, non exprimit. Manifestum est *πάντα* pertinere ad *θυμόν;* namque cum *πάντα* loco adverbii *πάντως* probaverimus, aut *πάντα* aut *ἐν ἀρμένοισι* supervacaneum esse habebitur.

v. 59. *θαλασσίαις ἀνέμοισι ῥιπαῖς πεμφθείς*: splendida haec est atque altius exaggerata oratio notissimo usu sicut de Aiace Nem. VII, 27.

v. 60. *ἀλαλὰν Λυκίων καὶ Φρυγῶν Δαρδάνων τε*: Nomina hoc loco, ut gravitas rei gerendae exprimatur, congeruntur. — *δορίκτυπον ἀλαλάν*: impetum clamosum, impetum hastarum strepitu frementem.

v. 62. *ἐπιμίξαις χεῖρας*: cf. *βίαν μῖξαν*, sie mafsen die Kraft, h. e. pugna iis erat subeunda Pyth. IV, 212. — *χεῖρας, ἐν φρασὶ πάξαιθ'*: Heyne verba copulavit hoc fere modo; *ἐπιμίξαις Αἰθιόπεσσι, χεῖρας ἐν φρασὶ πάξαιτο* (sc. *Μέμνονος*), *ὅπως αὐτὸς μὴ πάλιν ὀπίσω οἴκαδε μόλοι,* ut manus impingeret praecordiis Memnonis. Neque invenitur in hac verborum consecutione tertium, ut ita dicam comparationis, licet per linguam, ut genetivus tali ratione suppleatur, licentia permittatur. Huc accedit, quod talis explicatio, cui manifesto obstet sensus, nobis totum locum considerantibus aliena esse hic videtur. Quid enim sibi vult: »Disciplina Chironis effecit, ut Achilles congressus cum Aethiopibus impingeret in praecordia Memnonis, ut ne rediret«? Quid aliud Pindarus expromeret nisi hanc sententiam: »Ea instituit condicione Chiron Achillem, ut Aethiopas, ne Memnon domum rediret, trucidaret, h. e. ut exercitum, ne dux vivus abiret, occideret«? Haec quidem Hermann intellexit, cujus opinionem Boeckh et Dissen sequi non dubitaverunt. Facile perspicitur rectior interpretatio: »Achilles a Chirone educatus est, ut manus cum Aethiopibus conserens animo ipsius suo illud infigeret, ut ne Memnon rediret«, h. e. »ut pugnans cum Aethiopibus id studeret, ne Memnon rediret domum«. Cum autem Graeci verba efficiendi et prospiciendi cum conjunctione *ὅπως* jungant, cum *βάλλεσθαι, τίθεσθαι, γράφεσθαι ἐν φρεσὶν* aliaque similia graece dicantur, vix sit quisquam, cui ea explanatio displiceat. Ceteroquin cf. Pyth. VIII, 9. — *σφίσι*: Aethiopibus.

v. 63. *ἀνεψιὸς Ἑλένοιο*: frater Heleni patruelis. Tithonus pater Memnonis et Priamus pater Heleni erant fratres, uterque filius Laomedontis, quem Telamon evertit (cf. supra). Quibus commotus causis Pindarus affinitatem, qua Memnon cum Heleno conjunctus est, praecipue commemoret, ignoramus. Neque enim desint, qui habeant persuasum illam a Mezger factam coniecturam ex adjectivo *ζαμενής* effici posse Helenum vatem Memnoni ad Achillem debellandum aggredienti mortem praedixisse, veram esse. Immo vero e multis ab Achille rebus gestis una illa Memnonis occisio illustratur, quandoquidem id facinus apud veteres homines in majore erat auctoritate, quam in qua nostri putant; cf. Nem. VI, 55, Isthm. VII. 51—55. Ergo hoc loco admonendum est Memnonis caede laudem Achillis bellicam ad Aethiopas i. e. ad extremos orbis terrarum fines esse propagatam; *τὸ φέγγος καὶ ἡ δόξα τῶν Αἰακιδῶν τηλαυγής ἐστιν αὐτόθεν.*

v. 64. *ἄραρε ἤρτηται*: pendet inde; *ἐξ ὧν εἶπον νῦν ἔργων ἢ ἐκ τῆς Ἰλίου* (schol.). Cave probes pro *αὐτόθεν οἴκοθεν*, in qua coniectura omne inane, omne sine causa.

Jure ac merito Dissen traducit cogitationes nostras ad formam totius loci, quamquam quin necessitates rerum, quas affert, improbemus, facere non possumus. Adiciamus ad ipsa illius viri verba animos: Narrat Dissenio auctore primum poeta directa oratione, ut Achilles puer leones aprosque occiderit, ut cervos celeritate eorum superata interceperit; tum Iasonem et Aesculapium ab eodem Chirone educatos commemorat, ut magis Achillis praestantia virtutum cognoscatur. Hinc ad res ad Troiam ab Achille gestas narrandas ita accedit, ut directa orationis ratione repudiata ad Chironis eruditionem omnia revocet obliqua ratione per totum locum usus. Haec fere Dissen; et causas, cur totus locus ad unam revocatus sit formam, eo contineri arbitratur, quod poeta hanc narrationem non elegerit, ut animum juvenis ad novas res gerendas excitaret, sed ut Aristoclidae seni morem gereret narratione de sapientia Chironis repetita, de qua ille audire mallet quam de rebus ab juvene gestis. Quibus causis quamvis certis et illustribus opponamus illum interpretem certe quidem rectam rationem inventurum fuisse, si Pindarus fabulam tripartito divisam nobis proponere voluisset. Fabulam vero ab Achille repetitam ita ad unitatem esse revocandam, ut pueritia et juventus Achillis una aetate comprehendatur, satis superque apparet ex ratione et via, quo usi v. 73—74 postea concipiamus. Id spectat poeta, ut cogitationes eorum, qui audiunt, in pueritia Achillis constrictas teneat, quippe qui sextum annum agens egregie comprobaverit ea condicione se esse natum, ut res et optimas et maximas gereret.

v. 65—84. v. 68. Colon post *λόγῳ* positum Heyne de Pauw ingeniose admonente sustulit. — Contra post *Θεάριον* interpungamus narrationem, quoniam aptissime sententia hujus loci summa ad finem perducta est. — v. 72. libri manu scripti praebent *ἐν δ' ἀνδράσιν*, quod *δ'* contemplantes carminis metrum, cum praesertim *τρίτος* quoque particula careat, cum Hermann delemus; *τρίτος* Bergk probavit, *τρίτον* ex codicum lectione sumpserunt Boeckh-Dissen; *τρίτατος* aut *τρίτατον* item invenitur. — v. 73. *μέρος ἕκαστον οἶον* auctoritatem Heynii secuti non inepte restituemus ex scholiis: *ἐπίσταται ὁ νικηφόρος ἕκαστον μέρος τῶν προλεχθεισῶν ἡλικιῶν, οἷον μέρος ἐλάχομεν τὸ βρότειον ἔθνος·* Boeckh repudiavit *ἕκαστον οἶον* ab Hermann propositum, quod Pindaricum non esset. — *ὁ θνατὸς αἰών*: codices hoc loco tradunt *μακρὸς αἰών*; cum autem sensus a tradita voce, id quod postea intellegemus, abhorreat, cum scholiastes luculente scripserit *θνατὸς* pluribus explicens verbis *ὁ θνητὸς αἰὼν καὶ τετάρτην ἀρετὴν ταύτην φέρει τὸ καὶ περὶ τοῦ ἐνεστῶτος φροντίζειν*, retineri non possumus, quin *μακρὸς αἰών* reiciamus. — v. 76. cum *τόδε* ad *πόμα* necessario referatur, post *πέμπω* interpungere narrationem praestat. — v. 80. *ποτανοῖς* pro *πετανοῖς*, quam scripturam omnes praeter unum codices exhibent, Christ usurpavit ratione habita Pyth. VIII, 34 et Nem. VII, 22. — v. 83. *κραγέτης*: is qui clamat; *ἅπαξ εἰρημένον* quod vocant grammatici. Atque exspectanda erat *κραυγέτης* forma, tamen substantivum ea condicione ductum est Arist. eq. 487 *καὶ κράγον κεκράξεται*. — v. 84. *ἄπο* pertinet ad tria substantiva *Νεμέας*, *Ἐπιδαυρόθεν*, *Μεγάρων*, quoniam *ἄπο Ἐπιδαυρόθεν* graeco sermoni convenit; cf. Hom. Il. XXI, 119 *ἀπ' οὐρανόθεν* et Il. VIII, 304 *ἐξ Αἰσύμνηθεν*.

v. 65 — 84. Denn deines Geblütes sind sie, o Juppiter, dir aber auch der Wettkampf, den dieses mein Loblied getroffen hat mit der Jünglinge Gesange, feiernd ihn, der

die Freude des Landes ist. Denn Gesang kommt zu Aristoclides dem Siegreichen, der seine Heimatsinsel erhoben hat zu gefeiertem Lob und das hehre Thearion des Pythischen Gottes durch seine trefflichen Bestrebungen. In der Probe aber zeigt sich die Vollendung, vor wem nämlich einer hervorragt, ob als Knabe unter den Knaben, als Mann unter den Männern, als gereifter Mann unter den Genossen des reiferen Alters, welcher Art eben jedesmal die Stufe ist, die wir als sterbliches Geschlecht einnehmen. Es bringt aber sogar vier Tugenden hervor das dem Tode verfallene Leben, indem es den Augenblick wahrzunehmen gebietet. Von diesen (sc. vier Tugenden) hast du dich nicht ferngehalten. Heil dir, mein Freund. Ich schicke dir diesen meinen Sängertrank, ein Gemisch von Honig und weifser Milch, den aufgemischter Schaum umgiebt, zu singen in äolischem Flötenhauch. Es ist aber schnell im Flug der Adler unter den Vögeln, der plötzlich im Sturm einherfliegend aus weiter Ferne mit den Füssen seine Beute, die blutige, packt. Die geschwätzigen Krähen dagegen suchen niedere Weiden. Dir nun glänzt durch der schönthronenden Clio Gunst ob deines siegreichen Mutes von Nemea und herüber von Epidaurus, von Megara her des Ruhmes Licht.

v. 65—84. v. 65. Aeacus est Iovis filius, ut mirum non sit Aeacidas clarum invenisse nomen. — *γὰρ*: Particulam *γὰρ* post vocativum positam reperimus Ol. IV, 1, similique ratione *δὲ* Pyth. X, 10. Adde quod hic vocativus saepe carere solet verbo usu vulgatissimo; Ol. IV, 1, Ol. VIII, 1, Nem. VIII, 19. — *σέο δ' ἀγὼν*: cf. schol. *ὅτι τοῦ Νεμεαίου ἔφορος ὁ Ζεὺς καθ' ὃν ὁ Ἀριστοκλείδης ἐνίκησεν.* — Iovem igitur poeta implorat non uno nomine venerandum, quippe qui et Aeacidarum pater et patronus Nemeaeorum ludorum rectorque sit, qua re apte perstricta poeta rursus sibi aditum parat non inscite ad Aristoclidam victorem ipsum. — *ἔβαλε*: pro *βάλλει* Heyne; eadem reperitur translatio Ol. II, 97 sqq.

v. 66. *νέων*: *νέοι* appellantur ut v. 5 *νεανίαι* choreutae. — *ἐπιχώριον χάρμα*: domesticum gaudium, similiter expressum ac v. 13 *χώρας ἄγαλμα*. Significari autem Aristoclidam victorem ex sequentibus versibus perspicitur. — *χάρμα* de cantu jucundo dicitur Isthm. IV, 54 et *κελαδέων* ut Ol. XI, 13, Pyth. I, 58. — Quali verba junxerimus structura, vel ipsa interpretatione nostra declaratur.

v. 67. *σὺν*: arctissime consociandum est cum *πρέπει* verbo, convenienter decet Aristoclidam, h. e. es pafst für Aristoclides. Cantus Aristoclidae victori, cum hancce insulam eximia parta victoria non exigua laude cumulaverit, obvenit. Quis enim est, quin cognoscat hanc sententiam amplissime esse nexam cum antecedentibus verbis *τὸν ὕμνος ἔβαλεν ὀπὶ νέων ἐπιχώριον χάρμα κελαδέων.* Recte Heyne interpretatur laudans, cum auctoritatem sequatur Mingarelli, Aeschyl. Sept. 13 et Suppl. 458. Item unus e scholiastis recte sensisse disserens videtur: *ἡ δὲ βοὴ τοῦ ὕμνου συμπρέπει τῷ νικηφόρῳ τῷ Ἀριστοκλείδᾳ.* Tum nolimus oblivisci Pindarum verbo *πρέπειν* non raro esse usum; cf. Ol. II, 50 et Nem. VIII, 82.

v. 68. *προςέθηκε λόγῳ καὶ τάνδε νῆσον καὶ σεμνόν τε Θεάριον*: nobis verba construenda sunt interpretantibus, qui hanc insulam illustravit et sanctum Thearium, cum eximiis studiis victor existeret. Contra Heyne: *νᾶσον προςέθηκε λόγῳ εὐκλεεῖ καὶ σεμνὸν Πυθίου Θεάριον* (sc. *προςέθηκε*) *ἀγλααῖς μερίμναις* insulam admovit famae clarae et Thearium admovit eximiis curis; quod si ita esset, Pindarus sine dubio in re talis momenti

diversis usus esset vocabulis. Rectae interpretationis princeps et auctor est Boeckh, cujus opinionem in sua quidem editione Dissen excipit, cum in magna etiam complures explicationes edere studeat: *ἀγλααὶ μέριμναι* sunt studia sive consilia sive conatus Aristoclidae in rebus praeclare gerendis, quam significationem scholiastes oblique adumbrat, cum jungat *μέριμναι καὶ ποιήματα*. Item legimus Ol. I, 104.

v. 70. *Θεάριον*: De Theario et Thearis sive Theoris disputavit Müller, Aeginet. p. 134 sqq. Fuerunt hi *θεωροὶ* collegium sanctum non ad tempus creatum, sed perenne, quod religiones curabat in Theario aedificio publico Apollini sancto, quale praeter Aeginam cives Mantineae, Naupacti, Troezenis, Thasi urbium excitatum deo publice dedicaverant. In Aegina insula erat junctum templo Apollinis Pythii, si recte intelleximus scholiorum verba: *ἔστιν ἐν Αἰγίνῃ Πυθίου Ἀπόλλωνος ἱερόν, ἐν ᾧ οἱ θεωροὶ διῃτῶντο οἱ τὰ θεῖα φυλάσσοντες.* Quodsi Aristoclides Thearium illustrasse dicitur victoriis suis, non liquet nisi qui propiora concipiant Aristoclidem hujus Thearorum collegii fuisse socium. Quae cum ita sint, vix incidit in errorem Boeckh, cum coniciat carmen in Theario sollemnibus institutis epulis ad epinicia celebranda cantatum esse. Quid? quod nihil impedit, quominus cogitemus de festis diebus, quod nos vernacula lingua vocamus »Jubiläum«, sive revocas hanc vocem ad quinquagesimum post victoriam partam annum sollemnem sive ad decimum quemque annum, praesertim cum tum cum maxime explanate ratio in omni genere enucleata sit.

v. 71. *ἐν δὲ πείρᾳ τέλος διαφαίνεται, ὧν τις ἐξοχώτερος γένηται*: Erraverunt hoc loco plurimi interpretes non intellegentes *ὧν* genetivum non ad res esse revocandum, pertinere ad homines sive viros. Ac nos quidem meminerimus omnia comparationis verba vel, ut apertius dicatur oratio nostra, omnia superandi et vincendi verba graece struenda esse *τινός τινι*, cum genetivo personarum et dativo instrumenti vel potius modi; sic hic quoque structura vulgaris, quin retinenda sit, dubium non est, etiamsi v. 73—74 loco genetivi praepositionis *ἐν* cum dativo conjunctae structura genitivum excipit. Quid multis? Rectum sentientes interpretamur: Experimento cognoscitur summa virtutis praestantia, inter quos tandem floreat aliquis, num puer inter pueros, vir inter viros, senex inter senes.

v. 72. *ἐν παισὶ* versatur puer usque ad annum decimum octavum, *μέχρι τοῦ ἐκ παίδων ἐξέρχεσθαι καὶ ἐς ἄνδρας ἐγγράφεσθαι*, cui rei terminus in annum duodevicesimum apud Athenienses constitutus erat inclusa prima adolescentia vel potius *ἐφηβείᾳ*; *ἐν ἀνδράσιν* erat vir usque ad quadragesimum quintum annum, *ἐν παλαιτέροις* usque ad senilem aetatem ultra sexaginta annos. — *τρίτος* vocem loco *παλαιοῦ* poni facile perspicitur.

v. 73. *μέρος ἕκαστον οἷον ἔχομεν βρότεον ἔθνος*: qualiscumque gradus est, quo nos utpote mortale genus utimur. Verba ipsa dilucide exponunt, quid velint: Cum enim fato institutum sit, ut postquam in puerili aetate versati sumus, ad maturitatem, qua fruatur vir, perveniamus, quo facto, cum plurimos annos compleverimus, senio confecti mortem oppetamus, id agitur, ut in sua aetate in sua quisque virtute sese exerceat. Neque igitur Heyne a vero aberravit, cum *μέρος* vitae mortem explanaret. — *ἕκαστον οἷον*: sumptum est pro *οἷον ἕκαστον*, ut etiam alias saepe demonstrativum relativo anteponi solet; cf. Demosth. de Cor. p. 230, Soph. Elect. 643, Trach. 151.

v. 74. *ἐλᾷ τε καὶ τέσσαρας ἀρετάς*: verum etiam quatuor virtutes vita hominum moriundorum (*θνατὸς αἰών*) affert, quarum laudum quarta praeditus homo suum quisque

attendat, h. e. opportunum tempus non praetermittat. Subtiliter Hermann, cum disserat praeter eas virtutes, quae cujusque aetatis propriae sint, aliam esse non adstrictam uni tantum aetati, appellat quartam virtutem omnium aetatum communem complectentem *τὸ φρονεῖν τὸ παρκείμενον.* Et cernitur haec quarta virtus et in puero et in viro et in sene, quippe quae efficiat, ut suam quisque rem agat, ut ne alius aetatis virtutem occupet. Itaque, cum humana vita vel humanae res, quod idem, caducae sint, ita ut omnis vitae gradus constituto tempore circumscriptus definiatur, quo intermisso nihil facti repetatur atque iteretur, nobis inquirendum est, quae laus virtutis cujusque gradus propria sit, atque prospiciendum, ut ei laudi consentaneam probemus praestantiam. Hic est sensus loci obscurissimi. Atque etiam Boeckh modo tres tantum aetates designari censet, modo profitetur non invitus sibi hunc locum, quo diutius eum consideret, eo obscuriorem fieri. Longum est omnes contrarias opiniones eorum, qui virtutem quartam quartae aetati tribuant, exsequi. Omittamus igitur longiorem vitam sive quartam aetatem, cum senes antea *παλαίτεροι* dicantur, ea opinione probata adjudicandam esse hominibus, qui *παλαιτέρᾳ* vita quam senes utantur. Neque vero quidquam, quam falsa sit talis explanatio, magis probare potest quam verba ipsa, quae Dissen sagacissimus interpres, qui accuratiore dictione ipse usus saepe non veretur obscuram atque involutam dicendi rationem collegis obicere, edidit: »Ac ne obicias, quod verum, posse hominem etiam aliis aetatibus *φρονεῖν τὸ παρκείμενον* et *εὖ θέσθαι τὸ παρόν*, idque saepe praecipi, Pindarus optime indicat proprium quidem hoc maxime senectutis esse; sapientes fuerunt multi juvenes et *παλαίτεροι*, propria tamen sapientia senectutis esse dicitur ipsa annorum ratione (*ὁ μακρὸς αἰών*) ita ferente.« Quid? Dissen ipse hoc non verisimile esse nonne putet? — *φρονεῖν τὸ παρκείμενον*: similiter expressum ac Pyth. III, 69.

v. 76. *τῶν οὐκ ἄπεσσι*: ab his quatuor virtutibus prope abes, h. e. insunt omnes quatuor virtutes in te. Boeckh frustra lectionem librorum traditam defendere studet, cum suppleat in ambitu *τῶν οὐκ ἄπεστι* nominativum *Ἀριστοκλείδης*, quandoquidem tertia persona utatur poeta, quod haec cum antecedentibus cohaereant. Sane hercule: sententiarum cohaerentia pertinet ad antecedentia, forma ad sequentia *χαῖρε φίλος*. — *χαῖρε*: Heil euch; cf. Isthm. I, 32 *χαίρετε*, qua voce cum hymnos Homericos imitando exprimat, heroum laudem poeta concludit. Quod scholiastes hoc loco annotat *τὸ χαῖρε* a propinando desumptum esse sese putare, hoc comprobet illud Boeckhii professi in epulis carmen esse cantatum, etsi fieri potest, ut ille scholiastes solam formulam explanet; Heyne ratione habita illius *πέμπω* vocis intellegit potius *τὸ χαῖρε* esse a formula discedentis seu epistolam finientis ductum. — *φίλος*: usurpatio nominativi pro vocativo aperta; de qua loquendi consuetudine cf. Krüger, Gr. Spr. II, 45, 2,2.

v. 77. *πέμπω μεμιγμένον μέλι λευκῷ κ. τ. λ.*: Heyne legens *μεμιγμένον μέλι λευκῷ σὺν γάλακτι (κιρναμένα δ' ἔερσ' ἀμφέπει πόμ' ἀοίδιμον) Αἰολῇσιν ἐν πνοαῖσι αὐλῶν* interpretatur: Mitto tibi lacte mixtum mel (et poculum ambit ille mixtus liquor) inter tibiarum accinentium cantus. — Ingrata et frigida oratio per se ipsa eo laborat, quod *ἔερσα* idem est, quod *μεμιγμένον μέλι γάλακτι*, idem *πόμα*. Hermann *κιρναμέναν ἔερσαν* admixtam spumam esse intellegit addens, quae potum ambiat. Illud rectum, hoc falsum. Rectius Dissen continuationi sermonis interponit verba: admixta vero spuma ambit, sed revocat *τόδε* hoc

ad μέλι mel, quod falsum. Heimsoeth (Addenda et corrigenda in commentariis Pind. Bonnae 1840.) princeps est auctor sententiae prorsus expeditae. Τόδε arctissime coniungendum est cum substantivo πόμα, ita ut verba μεμιγμένον μέλι λευκῷ σὺν γάλακτι κιρναμένα δ' ἔερσα ἀμφέπει, et loco appositionis posita sint, et κιρναμένα δ' ἔερσα ἀμφέπει dicatur pro ὃ κιρναμένα ἔερσα ἀμφέπει, cum Pindarus adiciat hanc periodum clariore ratione subiciendam. — κιρναμένα δ' ἔερσα ἀμφέπει in parenthesi additur sicut Pyth. X, 44. — κιρναμένα κ. τ. λ.: Dicit poeta admixtam spumam contegere marginem; cf. Ol., 1—2. — δρόσον, ἔερσαν, rorem apud poetas de quolibet liquore scriptum invenimus.

v. 79. πόμ' ἀοίδιμον: Sängertrank. Similem translationem commemoremus repetitam ab Ol. VII, 4, Demosth. Ol. III, p. 34. — Αἰολῄσιν ἐν πνοαῖσιν, carmen quod canatur tibiis; ἐν exhibitum est ad instrumentum significandum musicum; cf. Ol. V, 19, Ol. VII, 12, Pyth. II, 69, Isth. IV, 27. — Jam supra docuimus hunc quidem locum nobis dilucide patescere cum animis reputantibus Musis dona ex lacte et melle composita, quae Graeci vocant νηφάλια, oblata esse. Itaque cum νηφάλια agantur, h. e. germ. nüchtern, ohne Wein, periculum abest, quod Dissen timet, ne interpretemur ἔερσαν vinum. Ceteroquin a poeta, ubi μέλι et γάλα nominantur, vinum indefinito vocabulo designari non poterat, sed οἶνος vinum dicendum erat. Ipsis Dissenii verbis apparet nihil tam absurde dici posse, quod non dicatur ab quoquam interprete. Namque ex similitudine carminis cum melle et lacte, cum lenem potum ferventi vino opponat, Dissen declarat adjectiva, dulce, cum dulci laude carmen plenum sit, lene, quod non stimulet ad novas res gerendas ut fervens vinum, sed tranquillitatem spiret et contentum praesentibus rebus animum senilem praedicet. Quae opinio vel sublata quarta aetatis quartae virtute ultro removetur. Deinde Dissen in Boeotia provincia fertilissima plurimam lactis mellisque copiam fuisse, non item in Aegina sterili insula asseveravit. Cum vero legamus mel Graecos lacti inicere solitos esse apud Aelianum, (Nat. Anim. 15,7: ἀμέλγουσι γὰρ (sc. Indi) περιγλύκιστον γάλα καὶ οὐ δέονται ἀναμῖξαι αὐτῷ μέλι, ὅπερ οὖν δρῶσιν Ἕλληνες,) haec quoque de Boeotia verba in irritum vocantur.

v. 80. αἰετὸς ὠκὺς: velocissima avis appellatur aquila, ὠκὺς ἐν ποτανοῖς, similiter ac Pyth. IV, 281.

v. 81. δαφοινὸς: Praeda aquilae non per se ipsa cruenta fit maculata sanguine, dilacerata illius ungulis. — Comparatione ab aquila repetita, quae de longinquo irruens celerrime capit praedam cruentam, poeta se ipsum significat facile certo pede, ut ita dicam, ἀτρεκέϊ ποδί, ad finem pervenientem h. e. graviter et ample tractantem rem propositam. Verum cum hoc nuda oratione dictum certe quidem displicuisset, scite atque ornate rem adumbrat, qua imagine satis superque apparet, quem ad finem poeta translationem illam revocatam esse velit. Absolvitur et consummatur haec dicendi pompa et ostentatio corvis oppositis, qui non aliam ob causam afferuntur nisi ad explicandam uberius praecedentem sententiam. Improbamus igitur acerbitatem harum facetiarum ad Bacchylidem, quem scholia nominant, pertinere, propterea quod hic aequalis lyricae artis collega non erat unus, qui laudi Pindari obtrectaret. De cetero cf. Ol. II, 94—97: »Contra, qui didicerunt, inepte loquaces, ut corvi inutili clamore certant adversus Iovis aquilam neque assequuntur eam, nedum sapiant, quidquid canat.« Haec habuimus, quae de eo loco diceremus; neque enim

causa erat, cur examinaremus scholiastae sententiam vanam annotantis: *εἰ καὶ ὅλως ὀψέ, φησι, γέγραπταί μοι τὸ ποίημα, οὕτως ἐγὼ τὰ πράγματα ταχέως συνήρπακα καὶ γέγραφα.*

v. 83. *τίν γε μέν, εὐθρόνου Κλεοῦς ἐθελοίσας κ. τ. λ.*: Sequitur ultima sententia: Tibi vero beneficio Clius ex tribus urbibus splendet gloriae lumen ludicrae. Quia haec dea effectrix laudis tuae est, servatrix quoque erit, ita ut nihil detrimenti ex carmine tarde scripto in te conferatur.

v. 85. *δέδορκε φάος*: cf. Ol. I, 96.

SUBSIDIA.

Heyne, Pindari carmina. Lipsiae 1824.
Boeckh, Pindari opera quae supersunt. 1811—1821.
Dissen, Pindari carmina quae supersunt. Gothae 1830.
Bergk, Poetae lyrici Graeci. Leipzig 1843.
Mommsen, Pindari carmina. Berlin 1864.
Christ, Pindari carmina. Leipzig 1869.
Rauchenstein, Commentationes Pind. Aoroviae 1844—1845.
Rossbach u. Westphal, Metrik des Griech. Dr. u. Lyr. L. 1854—1863.
W. Christ, Die metrische Überlief. d. pind. Od. M. 1868.
W. Christ, Metrik der Griechen u. Römer. Leipzig 1879.
Thiersch, Pindarus Werke. Leipzig 1820.
Leop. Schmidt, Pindars Leben u. Dichtung. Bonn 1862.
Fr. Mezger Pindars Siegeslieder. Leipzig 1880.
M. Godofredus, De elocutione Pindari. Susati.
Ahlwardt, Pindari carmina. Lipsiae 1820.

ERRATA.

P. 4, vers. 39 ponas post prostravit comma.
„ 10, „ 24 legas: comprehenditur pro comprehendatur.
„ 12, „ 35 interpungas post *πολλοῦ*.
„ 13, „ 14 legas: cognitio pro cognito.
„ 15, „ 23 „ v. 12. pro v. 13.

SCHULNACHRICHTEN.

I. Allgemeine Lehrverfassung der Schule.

1. Übersicht über die einzelnen Lehrgegenstände und die für jeden derselben bestimmte Stundenzahl im Sommerhalbjahre.

Lehrgegenstände.	Wöchentliche Stundenzahl in:									Gesamtzahl.
	VI.	V.	IV.	IIIb.	IIIa.	IIb.	IIa.	Ib.	Ia.	
Religion	3	2	2	2		2		2		13
Deutsch	3	2	2	2		2		3		14
Lateinisch	9	9	9	9	9	8		8		61
Griechisch	—	—	—	7	7	7		6		27
Französisch	—	4	5	2	2	2		2		17
Hebräisch (freiwillig)	—	—	—	—	—	2		2		4
Geschichte und Geographie	3	3	4	3		3		3		19
Rechnen und Mathematik	4	4	4	3	3	4		4		26
Naturbeschreibung	2	2	2	2		—		—		8
Physik	—	—	—	—	—	2		2		4
Schreiben	2	2	—	—	—	—		—		4
Zeichnen (in III—I freiwillig)	2	2	2	2						8
Turnen einschl. Turnspiele	4									4
Gesang	2		2							4
Gesamtzahl	34	36	36	36 (38)	36 (38)	36 (38) (40)		36 (38) (40)		213

2. Übersicht der Verteilung der Unterrichtsstunden unter die einzelnen Lehrer im Winterhalbjahre.*)

<table>
<tr><th>Namen der Lehrer.</th><th>Ordin. von</th><th>Prima.</th><th>Sekunda.</th><th>Ober-Tertia.</th><th>Unter-Tertia.</th><th>Quarta.</th><th>Quinta.</th><th>Sexta.</th><th>Gesamt-zahl.</th></tr>
<tr><td>Prof. Dr. Bindseil, Direktor.</td><td>I.</td><td>6 Griech.
2 Horaz</td><td>5 Griech.</td><td></td><td></td><td></td><td></td><td></td><td>13</td></tr>
<tr><td>Prof. Dr. Pöhlig, 1. Oberlehrer.</td><td>II.</td><td>6 Latein.</td><td>8 Latein.
3 Gesch.</td><td colspan="2">3 Gesch. u. Geogr.</td><td></td><td></td><td></td><td>20</td></tr>
<tr><td>Dr. Hoefer, 2. Oberlehrer.</td><td>IIIa.</td><td>3 Deutsch</td><td>2 Deutsch
2 Homer</td><td>7 Latein.</td><td></td><td></td><td>2 Relig.
2 Geogr.
1 Biogr.</td><td></td><td>19</td></tr>
<tr><td>Dr. Mischer, 3. Oberlehrer.</td><td>—</td><td>4 Mathem.
2 Physik</td><td>4 Mathem.
2 Physik</td><td></td><td>3 Mathem.</td><td>4 Mathem.</td><td></td><td></td><td>19</td></tr>
<tr><td rowspan="2">Dr. Schmidt, 1. ord. Gymnasiallehrer.</td><td rowspan="2">IIIb.</td><td rowspan="2">3 Gesch.
2 Hebr.</td><td rowspan="2"></td><td></td><td>7 Latein.
7 Griech.</td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2">21</td></tr>
<tr><td colspan="2">2 Religion</td></tr>
<tr><td>Witt, 2. ord. Gymnasiallehrer.</td><td>V.</td><td>2 Relig.
2 Franz.</td><td>2 Relig.
2 Franz.</td><td></td><td></td><td></td><td>9 Latein.
4 Franz.</td><td></td><td>21</td></tr>
<tr><td rowspan="2">Paeprer, 3. ord. Gymnasiallehrer.</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2"></td><td>3 Mathem.</td><td></td><td rowspan="2">2 Deutsch
2 Geogr.
2 Naturg.</td><td rowspan="2">2 Deutsch
4 Rechnen
2 Naturg.</td><td rowspan="2">2 Naturg.</td><td rowspan="2">21</td></tr>
<tr><td colspan="2">2 Naturgeschichte</td></tr>
<tr><td rowspan="2">Dr. Thamhayn, 4. ord. Gymnasiallehrer.</td><td rowspan="2">IV.</td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2">2 Hebr.</td><td>7 Griech.
2 Franz.</td><td></td><td rowspan="2">9 Latein.</td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2">22</td></tr>
<tr><td colspan="2">2 Deutsch</td></tr>
<tr><td>Dr. Biebach, wissenschaftl. Hilfslehrer.</td><td>VI.</td><td></td><td></td><td></td><td>2 Franz.</td><td>5 Franz.
2 Relig.</td><td></td><td>3 Deutsch
9 Latein.
1 Biogr.</td><td>22</td></tr>
<tr><td>Hirschfeld, prov. besch. wissenschaftl. Hilfslehrer.</td><td>—</td><td></td><td></td><td>2 Ovid</td><td>2 Ovid</td><td>2 Gesch.</td><td></td><td></td><td>6</td></tr>
<tr><td rowspan="3">Kleinau, Gymnasial-Elementarlehrer.</td><td rowspan="3">—</td><td colspan="4">2 Zeichnen</td><td>2 Zeichn.</td><td rowspan="2">2 Zeichn.
2 Schreib.</td><td rowspan="2">2 Zeichn.
2 Schreib.
3 Relig.
2 Geogr.
4 Rechn.</td><td rowspan="3">25
+
1 Turn.</td></tr>
<tr><td colspan="5">2 Gesang</td></tr>
<tr><td colspan="5"></td><td colspan="2">2 Gesang</td></tr>
</table>

*) Die Verteilung war im Sommerhalbjahre dieselbe bis auf Homer in II und Turnen. S. erledigte Pensen.

3. Übersicht über die während des abgelaufenen Schuljahres erledigten Pensen.

Prima. Ordinarius: Der Direktor.

Religion: Im Sommer Lektüre des Johannesevangeliums, im Winter Lektüre des Römer- und des Galaterbriefes. Repetition der früheren Pensen. 2 St. Witt.

Deutsch. Im Sommer Logik, im Winter das Wichtigste aus der Litteraturgeschichte von Luther bis Lessing, verbunden mit Lektüre der betreffenden Stücke aus Hopf und Paulsieks Lesebuch, namentlich des Laokoon und der Hamburgischen Dramaturgie. Aufserdem wurden gelesen Schillers »Braut von Messina« und Shakespeares »Macbeth«. Freie Vorträge über selbstgewählte Themata aus der Privatlektüre. 3 St. Hoefer.

Aufsätze über folgende Themata:

1. a. Hektors Abschied bei Schiller und bei Homer. b. Das Leben ein Traum. 2. Inhalt der »Braut von Messina« (Klassenarbeit). 3. Der Bau der »Braut von Messina«. 4. Die antiken Elemente in der »Braut von Messina«. 5. Arbeit macht das Leben süfs. 6. Das Leben ist der Güter höchstes nicht (die beiden letzten Themata im Anschlusse an den Unterricht in der Logik). 7. Jena und Sedan (Klassenaufsatz). 8. Worin weichen die Schöpfer der Laokoongruppe von Virgil ab, und warum weichen sie ab?

Abituriententhemata. Michaelis 1890: Was treibt die Menschen in die Ferne? Für die Extraneer: Unglück selber taugt nicht viel; doch es hat drei gute Kinder: Kraft, Erfahrung, Mitgefühl. Ostern 1891: Welche Vorzüge besitzt Europa durch seine Lage und Beschaffenheit vor den übrigen Erdteilen?

Lateinisch. Die Formen der Tractatio. Grammatische und stilistische Erörterungen im Anschlusse an die Übungen im mündlichen (Süpfle, Aufg. z. Übers. III.) und schriftlichen Übersetzen und an die Korrektur der Aufsätze. Sprechübungen bei Wiederholungen. Alle 14 Tage ein Exercitium oder Extemporale, meist abwechselnd. 8 Aufsätze. 2 St. — Prosaische Lektüre: Cic. Verr. IV, Tac. Germ. und Ann. I und II mit Auswahl; ex tempore Liv. XXI, privatim und ex temp. Cic. Verr. V. 4 St. Pöhlig. — Poetische Lektüre: Hor. Carm. III und IV, ausgewählte Satiren und Episteln. 2 St. Der Direktor. Zusammen 8 St.

Aufsätze über folgende Themata:

1. De decima Caesaris legione. 2. De Thebanorum principatu (Klassenarbeit). 3. Hannibal in jugo Alpium apud milites contionatur (Liv. XXI, 35). 4. Abituriententhema. 5a. Quibus virtutibus insignis fuerit Fridericus III, Borussorum rex et Germanorum imperator. 5b. Quibus indiciis cognoscimus auctumnum adesse? 6. Optime bellis Persarum de universa Graecia meruisse Athenienses. 7. Quomodo factum sit, ut Athenienses bello Peloponnesiaco a Lacedaemoniis devincerentur. 8. Caesaris descriptio Germanorum quatenus cum Tacito congruat, quatenus differat.

Abituriententhema. Michaelis 1890: Qualem Verrem Cicero quarto Verrinarum orationum libro depinxerit; für die Extraneer: Priores qui vocantur triumviri omnes miserrime perierunt.

Griechisch. Zweiwöchentliche schriftliche Arbeiten (meistenteils Übersetzungen aus dem Griechischen in das Deutsche). Von Zeit zu Zeit grammatische Besprechungen und Repetitionen. 1 St. Lektüre: Demosth. Ol. Reden I—III, Soph. Oed. R., Platos Gorgias (letz. mit Auslassungen mehrerer Teile, die aber dem Inhalte nach durchgenommen wurden), Hom. Il. I—XII (teils in der Klasse, teils privatim). Aufser Homer noch Privatlektüre

nach freier Wahl, besonders aus Herodot. Extemporierübungen im Anschlusse an die Klassenlektüre. 5 St., zusammen 6 St. Der Direktor.

Abituriententhemata. Michaelis 1890: Lys. pro Mant. § 10—15; für die Extraneer: Xenoph. Symp. IV, 29—34. Ostern 1891: Isocr. Paneg. § 88—92.

Französisch. Guizot, Washington. Racine, Athalie. Alle drei Wochen ein Extemporale oder Exercitium. Grammatische Repetitionen. Sprechübungen im Anschlusse an die Lektüre. 2 St. Witt.

Hebräisch. Repetition der Formenlehre. Die unregelmäfsigen Verba und einiges Syntaktische. Übersetzt wurde: Genesis Kap. 40—50, Psalm 1. 2, 8, 23, 32, 51, 84, 90, 103, 104, 150. 2 St. Schmidt.

Geschichte und Geographie. Die neuere und neueste Geschichte von 1648—1871 mit besonderer Berücksichtigung Deutschlands. Repetitionen der alten und mittleren Geschichte, auch geographische Repetitionen über Amerika, Australien, Asien und Europa. 3 St. Schmidt.

Mathematik. Gleichungen zweiten Grades mit einer oder mehreren Unbekannten. Geometrische Reihen, Zinseszinsrechnung. Übungen in geometrischer Konstruktion. Stereometrie. Lehr- und Übungsbücher von Kambly und Bardey, Schlömilchs Logarithmentafeln. Acht längere Extemporalien, jedes Semester eine häusliche Arbeit. 4 St. Mischer.

Abiturientenaufgaben. Michaelis 1890: 1. Ein gleichschenkliges Dreieck aus der Basishöhe und der Mittellinie eines Schenkels zu zeichnen. 2. Auf einen Punkt wirken zwei Kräfte, $p = 105$ kg und $q = 280$ kg, unter dem Winkel $w = 35^{0}$. Wie grofs ist die Resultante, und welche Winkel bildet sie mit den gegebenen Kräften? 3. $x^{[illegible]} - y^{[illegible]} = 7 (x - y)$ und $xy (x^{[illegible]} + y^{[illegible]}) = 300$. 4. Ein rechtwinklig-gleichschenkliges Dreieck, in welchem die Kathetenmittelpunkte verbunden sind, rotiert um die Hypotenusenhöhe. Wie grofs ist Volumen und Mantel des Kegelstumpfes, welcher durch das der Hypotenuse anliegende Trapez erzeugt wird?

Für die Extraneer: 1. Einem gegebenen Kreisausschnitt ein Quadrat so einzubeschreiben, dafs eine Ecke auf dem Bogen, die beiden andern auf den Radien liegen. 2. Aus der Fläche $F = 6495$ qcm eines regelmäfsigen Achtecks ist die Seite des Achtecks zu finden. 3. Eine hölzerne Kugel, deren Durchmesser $d = 15$ cm ist, sinkt $h = 8$ cm tief im Wasser ein. Wie grofs ist das specifische Gewicht des Holzes? 4. Auf einer Strecke von 360 Fufs läuft jedes Vorderrad eines Wagens sechsmal öfter um als ein Hinterrad. Würde man den Umfang eines jeden Rades um 3 Fufs vergröfsern, so würde jedes Vorderrad nur viermal öfter umlaufen als ein Hinterrad. Wie grofs ist der Umfang jedes Rades?

Ostern 1891: 1. Ein gleichschenkliges Dreieck aus der Höhe und Mittellinie zu zeichnen, welche zu einem Schenkel gehören. 2. Die Höhe eines Turmes CD ist aus folgenden Angaben zu bestimmen: In der Entfernung $DB = 100$ m vom Fufse des Turmes steht ein Beobachter, dessen Augenhöhe $BA = 1{,}745$ m beträgt; ihm erscheint der Turm unter dem Winkel $CAD = 35^{0}$. 3. In einem Vereine kommen durch die Beiträge der Mitglieder in einem Jahre 600 M. ein, im folgenden aber nur 500 M., da zwar der Beitrag um 5 M. höher, die Mitgliederanzahl aber um 10 geringer war. Wie hoch war der Beitrag und wieviel Mitglieder zählte der Verein? 4. Eine cylindrische Bleiwalze soll central ausgebohrt, ferner soll der entfernte Bleicylinder durch Kork ersetzt werden; der Radius des Korkcylinders ist so zu wählen, dafs der ganze Körper im Wasser schwebt. Wie grofs ist dieser Radius zu nehmen, wenn das spec. Gewicht des Bleies $b = 11{,}4$, das des Korks $k = 0{,}24$ ist.

Physik. Optik, astronomische Geographie; Wiederholungen. 2 St. Mischer.

Sekunda. Ordinarius: Oberlehrer Prof. Dr. Pöhlig.

Religion. Im S. Lektüre des Matthäusevangeliums mit besonderer Berücksichtigung der Bergpredigt und der Gleichnisse, die letzteren ergänzt durch Lukas. Im W. alte Kirchengeschichte. Repetition der früheren Pensen. 2 St. Witt.

Deutsch. Gelesen wurden im S. Schillers »Wilhelm Tell« und Herders »Cid«, im W. Lessings »Minna von Barnhelm« und lyrische Gedichte von Schiller und von Geibel. An der Lektüre wurde das Wichtigste aus der Poetik besprochen, einige Gedichte wurden memoriert. 2 St. Hoefer.

Aufsätze über folgende Themata:

IIa. 1. Die Örtlichkeit in »Hermann und Dorothea«. 2. Der Inhalt der Rütliscene aus »Wilhelm Tell«. 3. Stauffacher und Gertrud verglichen mit Tell und Hedwig (Klassenaufsatz). 4. Wer ist in »Wilhelm Tell« der Befreier des Volkes? 5. Was erfahren wir im 1. Akte von »Wilhelm Tell« über Lebensweise, Charakter und politische Lage der Schweizer? 6. Warum wird der Rhein vor allen Strömen Deutschlands gepriesen? 7. Die Vorgeschichte von »Minna von Barnhelm«. 8. Was beabsichtigte Lessing mit der Rolle des Riccaut de la Marlinière? 9. Das Familienleben in der Odyssee. — IIb. 1. Die Nervierschlacht (nach Cäsar). 2. Inhalt des 1. Aufzugs von »Wilhelm Tell«. 3. Die Haupthandlung in »Wilhelm Tell« (Klassenaufsatz). 4. Welches sind die Hauptpersonen in »Wilhelm Tell«? 5. Das Verhältnis des Cid zu seinen Königen. 6. Womit macht uns die Exposition im 1. Akt von »Minna von Barnhelm« bekannt? 7. Der Inhalt des 2. und 3. Aufzuges von »Minna von Barnhelm«. 8. Der Bau von Lessings »Minna von Barnhelm«. 9. Was bedeuten die Synonyma: Weg, Bahn, Strafse, Gasse, Pfad, Steg, Gang, Pafs?

Lateinisch. Vervollständigung der gesamten Syntax nach Ellendt-Seyffert, ausführlicher die Lehre vom Nomen, Pronomen und den Konjunktionen. Wöchentlich ein Exercitium oder Extemporale, daneben mündliches Extemporieren aus dem Übungsbuche von Seyffert. Von IIa wurden 5 Aufsätze geliefert, vorbereitet durch einige kleinere Arbeiten. 3 St. — Prosaische Lektüre: im S. Cic. de imp. Cn. Pomp. und pro Archia poeta, im W. Liv. II, erste Hälfte; ex temp. im S. Caes. b. civ. III, im W. Cic. pro Dejot. 3 St. — Poetische Lektüre: im S. Seyfferts Lesestücke, im W. Verg. Aen. III und IV. 2 St. Zusammen 8 St. Pöhlig.

Aufsätze über folgende Themata:

1. Quae primo belli Punici secundi anno ab Hannibale gesta sint. 2. De P. Cornelio Scipione maiore. 3. De Sulla. 4. De bello Mithridatico tertio. 5. Quot conatus Tarquinius Superbus fecerit ad regnum recuperandum.

Griechisch. Grammatik: Repetition der Formenlehre, Syntax des Nomens und des Verbums nach Koch. Von Zeit zu Zeit mündliche Übersetzungen aus Dihles Materialien. Zweiwöchentliche schriftliche Arbeiten im Anschlusse an die Lektüre. 2 St. Prosaische Lektüre: Xenoph. Hell. I und Teile von II, Herod. VIII und IX (mit Auswahl). Privatlektüre nach freier Wahl, namentlich aus Xenoph. Anab. und Hell. und aus Herodot. 3 St. (im Sommer 2 St.) zusammen 5 (4) St. Der Direktor. — Poetische Lektüre: Hom. Od. XIII—XXIII teils in der Klasse, teils privatim. 2 St. (im Sommer 3 St.) Hoefer. Zusammen 7 St.

Französisch. Lektüre: Erckmann-Chatrian, Histoire d'un conscrit de 1813. Scribe, le Verre d'Eau. Das Wichtigste aus der Syntax nach Plötz (Kasus, Tempora, Modi, Participium, Infinitiv, Pronomina). Alle 14 Tage abwechselnd ein Exercitium oder ein Extemporale. Sprechübungen im Anschlusse an die Lektüre. 2 St. Witt.

Hebräisch. Das regelmäfsige Nomen und das regelmäfsige Verbum, Präpositionen und Pronomina. Verbum mit Suffixen, unregelmäfsige Nomina. Vokabellernen. In Obersekunda Repetition des Früheren, Lektüre des Buches Ruth, im Anschlusse daran das Wichtigste vom schwachen Verbum. — Übungsbuch von Schick. 2 St. Thamhayn.

